k. 32

g. g. g.
d
19

T T i 29

m a*/50

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PHARMACOPOEIAS, London RCP
Pharmacopoeia Collegii
Londinensis. Jena 1701.
Main t.p. wanting. Pt 2 bound first

55675/A

T3

Bn 9

OFFICINA CHYMICA LONDINENSIS,

SIVE

Exacta notitia Medicamentorum Spagyricorum,

Quæ apud Aulam Societatis *Pharmaceuticæ Londin.* præparantur, & venalia proſtant.

Conſilio *Pharmacopœorum* & Approbatione *Collegii Medicorum Londinenſium* exhibita

Opera & Studio

NICOLAI STAPHORST,

Oper. Chym. dict. Societ.

EDITIO TERTIA

Juxta Exemplar

L O N D I N I.

Proſtat JENÆ apud

HENRICH CHRISTOPH CRÖKERUM,

Bibl. & Chalcogr. Ao. 1701.

Lector Benevole.

PRodit hic in lucem Libellus ex *Igne Chymico* extractus. Opus mole perexiguum, uſu non parvum; certè purum ut ſit neceſſe eſt, & ab omni Fæce liberatum, quod è Flammis naſcitur. Quale,quale,eſt, benigno Animo accipias velim. Naturæ quidem à Secretis eſſe me non glorior,& fruſtrà eſſem,ſi Mæandros ejus & Ænigmata explicare conarer: Sed neque in animo unquam fuit, Tyrones ad Pyrotechniam,quaſi manu ducere,multo minus erudire Peritiores. Id duntaxat volui,ut *Chymiæ* Amicis indicarem, quomodo Medicamenta noſtra paramus, ne miſeris fortè Ægrotis Fallacias potiùs ſtruere videamur, quàm præſtantiſſima Remedia exhibere. Chymiæ debemus,quòd Opiata omnia & Chaly-

beata, quòd *Mercurius, Vitriolum Antimonium*, ſecurè poſſint tractari, & tutò abſorberi; adeò ut illus ope, de Naturâ & de Fato ipſo, triumphos agere dicamur. Proinde huic Arti tam Neceſſariæ quàm Utili, nullos hic Limites figimus, quaſi alia Medicamenta inveniri nequeant, præter ea, quæ hoc Catalogo continentur. Verum hoc operis fuit propoſitum, ut unusquisque pro certo habeat, nos in Officinâ noſtrâ, non Venena, ſed ſalutares Medicinas venales proponere. Poſtremò, ſi quis à me expectaverit alia Medicamenta Chymica præparanda, quæ aut proprio uſui, aut communi bono quoquo modo inſervire poſſint, adſum paratus operam daturus, ne cui officium meum aut Induſtria defuerit.

OFFICINA
CHYMICA
LONDINENSIS.

A

Acetum deſtillatum.

FIT ex Aceto Vini, quod dephlegmatur, & dein deſtillatur.

Æs uſtum.

Laminæ Cupri cum Sulphure ſtratificantur & comburuntur.

Æthiops mineralis.

Fit ex Mercurio crudo, Sulphuris floribus, anaticè incorporatis & deflagratis.

Aluminis Spiritus.

Vide Sp. Aluminis.

Antihecticum Poterii.

Reguli Antimonii Martiati & Stanni Anglicani partes æquales colliquantur, & cum triplo Nitri detonantur, unde poſtea Salia, ope aquæ communis, ad omnimodam dulcedinem eluuntur.

Antimonium Diaphoreticum.

Antimonii p. i. cum ſalis nitri p. iii. detonatur, & Aquâ edulcatur.

Antimonium Diaphoret. fixum.

Antimonii & Nitri ana ℔i. detonantur, abluuntur Salia, Pulvis exſiccatus, cum ana Salis Nitri rurſus miſcetur, & dotonatur, detonatum denuò abluitur, & exſicatum cum ana Salis Nitri detonatur. Maſſa hæc, in Aquâ, per aliquot horas coquitur, filtratur; & cum Spiritu Aceti pulvis Albus inde præcipitatur, qui, à Salſedine ablutus ſiccatur.

Antim. Magiſter. Diaphor.

Antimonium cum Triplo Nitri detonatum, coquitur in Aquâ, filtratur, affunditur

So-

Solutio Aluminis, & Magiſterium præcipitatum abluitur.

Antim. Medicamentoſum.

℞. *Antimonii* ℥ *v. Salis Tartari Albi* ℥ *i. Salis Comm.* ℥ *iv. fundantur l. a. in regulum, qui contuſus, eduleatur.*

Antim. Reſuſcitatum.

℞. *Antim. & Salis Armoniaci ana* ℔*i. commixta ſublimantur, cum tribus cohobiis, ſublimatum cum aceto deſtillato digeritur, evaporatur, & Talia abluuntur.*

Aq. Fortis Duplex.

Deſtillatur igne Reverberii Vitrioli & Nitri ana.

Aq. Fortis Simplex.

Fit ex Vitrioli p. ii. & Nitri p. i.

Aq. Fortis cum Alumine.

℞. *Aluminis calcin. Nitri ana* ℔*ij. Vitrioli* ℔*j. deſtillatur.*

Aq. Mellis.

Deſtillatur ex Melle ſ a.

Aq Regis.

Fit ex Aquæ Fortis Duplicis, vel etiam ſp. Nitri, ℔*j Salis armoniaci purificati* q. ſ. *ſibi invicem incorporatis.*

Aq. Stimmii Sulph.

℞. Antimonii, Salis Nitri, fl. ſulph. ana ℔ſ. deſtillantur l. a. in liquorem, qui filtratus rectificatur

Arcanum Corallinum.

Conficitur ex ℔j. Mercurii Crudi, & ſp. Nitri ℔iij. ſibi invicem commixtis, & per deſtillationem ſeparatis, cum tribus Cohobiis, Mercurio Corallato in fundo manente, qui per calcinationem, vel ablutionem, edulcatur.

Arcanum Corall. Parac.

Vide Mercurius ſublimatus ruber.

Arcanum Dupl.

Ope aquæ calidæ, elicitur ex Capite mortuo aq. fortis duplicis, filtratur & evaporatur.

Arcanum Jovis.

☿ij. probe purificati & Stanni Anglicani ana ſ. a. in amalgama redacta, & pulveriſata, paulatim in ſ. q. ſp. nitri probe rectificati ingerimus, quo facto mixturam hanc digeremus, & retortæ inditam ad ſiccitatem deſtillamus. Tandem maſſam in fundo reli-

relictam contritam in Vas terreum indimus, ſpiritumque vini affuſum ſupra illam accendimus, novùmque reaffundimus, hunc laborem repentes, dum pulvis omnino inſipidus evadat.

Aurum Fulminans.

Aurum Cupellatum ſolvitur in Aqua Regis, præcipitatur cum Oleo Tartari, & edulcatum, ſiccatur.

Aurum Moſaicum.

Fit ex Mercurio, Jove, ſulphure & ſale Armoniaco ſecundum artem mixtis & ſublimatis.

Aurum Vitæ Hartm.

Recipimus Mercurii purgati ℥ 4. Auri granulati ℥ß, facimus amalgama, ſolvimus inde Mercurium in loco calido cum ſufficienti q. Aq. fortis affuſæ, ut nihil præter Aurum Fuſci coloris remaneat, quod, ſolutione Mercurii decantata, cum Aq. Regis ſolvimus, commixtas deinde has ſolutiones deſtillamus, ad omnimodam ſpirituum expulſionem, tandem vaſe fracto, materiam exemptam & lævigatam, ſupra tegulam ſufficienter calcinamus.

B

Balſ. Polychreſtrum.

Sumimus Sarſaparil. ℥ *viij. Sp. Vini rectific.* ℔*iv. extrahimus tincturam, in quâ filtratâ, diſſolvimus Gum. Guajaci* ℥ *12. Balſ. Peruv.* ʒ*vj. digerendo l. a. in Balſamum.*

Balſ. Saturn. Terebinthinat.

Fit ex Sacchar. Saturni ʒ *iv. Sp. Terebinth.* ℥ *12. ſ. a. digerendo.*

Balſ. Saturn. Juniper.

Fit ex Sacch. Saturni & Ol. Junip uti prius dictum.

Balſ. Sulph. Aniſatum.

Suminus Florum Sulphuris ℔*j. ol. aniſi digerimuſque in balſamum.*

Balſam. Sulph. Antimonii.

Recipimus, ſulphuris Antimonii combuſtibilis, & ſalis Tartari ana ℥*j. ſp. Terebinthinæ* ℥ *iv. digerimuſque in Balſamum.*

Balſ. Sulph. Benzoinatum.

Fit ex floribus Sulphuris, & ol. Benzoini q. ſ. inſimul digerendo.

Balſ.

Balſ. Sulp. Craſſum.

Recipimus ol. papaveris, vel lini, vel na-cum ℔j. *flor. ſulph.* ℔ſ. *coquimus ſ. a. in Balſamum.*

Balſ. Sulph. aliud.

Recipimus Sulphuris q. p. quod contu-ſum, & matracio inditum igne cinerum di-gerimus, per menſem, deinde cum octo par-tibus Olei Terebinthinæ, in Balneo maris di-gerimus, dum Rubro colore tinctum ſit, tunc decantatum in Balneo cinerum ad conſiſten-tiam Balſami abſtrahimus.

Balſ. Sulph. Knœphelii.

Florum Sulphuris ℔iij. *ſalis Tart.* ℔j. *miſcemus in Crucibulo ſ. a. ut fiat maſſa, quam pulveriſatam indimus vaſi magno, affundendo ol. lini recentis* ℔iij. *& coquen-do dum craſſeſcat, poſtea una cum vaſe aquæ frigidæ immergimus, dum in ſubſtantiam ſpongioſam, hepati ſimilem abeat, quam in taleolos diſſectam retortæque inditam nudo Igne deſtillamus, gradatim aucto, cum cau-tione tamen maxima. Sic deſtillamus phle-gma, Liquorem lacteum & Oleum, quod ab*

Aqua ſeparatum, cum dimidiâ parte colcotharis Vitrioli, in patellâ magna Ignis ope commiſcemus, refrigeratum & in fruſtula confractum, indimus retortæ Vitreæ, & ex arenâ deſtillamus; Oleum quod prodit cum dimidiâ parte Olei aniſi commixtum in Balſamum tandem l. a. digerimus.

Balſ. Sulph. Succinat.

Florum Sulph. ℔j. miſcemus cum olei ſuccini ℔iv. l. a. in Balſamum digerendo.

Balſ. Sulph. Terebinth.

Miſcemus in jam dicta proportione flores ſulphuris cum Olio Terebinthinæ & digerendo procedimus.

Balſ. Succini.

Aſſumimus Succini ℔j. & deſtillaudo, digerendoque procedimus ſ. a. donec abſque ulla additione, tota Succini ſubſtantia in Balſamum, Terebinthinæ ſimilem abeat.

Balſam. Veneris.

Laminæ Veneris, cum ſp. Terebinthinæ, in Baſamum viride digeruntur.

Bezoard Joviale.

Reguli Antimonii ℥iij. cum ſtanni Angli-

gli-

glicani ℥ ij. ope Ignis miſcemus, & in regulum fundimus, quem contuſum & lavigatum, cum Mercurii ſublimati corroſivi ℥vj, commixtum, l. a. in Butyrum deſtillamus, quod poſtea in triplo ſp. Nitri vel q. ſ. diſſolvimus, ſolutionem poſtea tenuis cohobiis deſtillamus, tandem bezoardicum in fundo relictum lavigatum, ſupra tegulam ignimus, dum evaneſcat ſapor acidus; ultimo cum ſpiritu vini rectificatiſſimo miſcemus, quem inde comburimus, hocſecunda & tertia etiam vice repetendo.

Bez. Lunare.

Miſcemus Butyri Antimonii rectificati ℥viij cum Lunæ ℥j ſpiritu Nitri q. ſ. ſolutæ paulatim affundendo, dum non amplius efferveſcat, & plus ſpiritus Nitri addendo, ſi quantitas ſolutionis huic effectui producendo, non ſufficiat, poſtea ſpiritum Igne arenæ abſtrahimus, ter cohobando, & uti de Bezoardico Joviali dictum, porrò procedendo.

Bezoard. Martiale.

Croci Martis per reverberationem facti

cum Butyro Antimonii l. a. quantum poſſumus diſſolvimus, deinde figendo cum ſpiritu Nitri, uti moris eſt, procedimus.

Bez. Martiale aliud.

Solvimus limaturæ Martis ℥j. in ſuff. q. ſpiritus Bezoardici, vel Aquæ Regis hancque ſolutionem paulatim Butyri Antimonii ℥viij. affundimus, porro procedendo cum ſp. Nitri uti in præcedentibus dictum.

Bez. Minerale.

Fit ex Butyri Antimonii ℔j. & ſp. Nitri ℔iij. vel q. ſ. dum efferveſcentia ceſſet, ſibi invicem paulatim commixtis, & cum tribus cohobiis deſtillatis, procendo uti de Bezoardico Joviali dictum.

Bez. Solare.

Diſſolvimus Auri per Antimonium fuſi & cupellati ℥j. in Aquæ Regis q. ſ. recipimus quoque Butyri Antimonii probe rectificati ℥iv quod ſolvimus in ſp. Nitri q. ſ. paulatim & cautè affundendo, usque ad ſtrepitus ceſſationem, hinc duas haſce ſolutiones confundimus; & ad ſiccitatem deſtillamus, materiæ in fundo relictæ, pulveriſatæ, denuo affundimus ſp. Nitri ℥vj. vel viij, rurſusque

ad ſiccitatem deſtillamus, quam reaffuſionem novi ſp. Nitri, & reabſtractionem, etiam tertia vice repetimus, urgendo Ignem in fine; tandem maſſam in fundo relictam, Aquâ edulcamus, & rurſus exſiccatam, probeque lævigatam, per horam unam alteramve calcinamus, & ad uſum ſervamus.

Butyrum Antimonii.

Fit ex Antimonii, & Mercurii ſublimati ana ℔ij. commixtis, & ſecundum artem ſublimatis tandemque rectificatis.

Butyrum Ceræ.

Deſtillatur ex Cerâ & arenâ mixtis, per retortam.

C

Calx Auri.

Vide Aurum fulminans.

Calx Jovis.

Jupiter in Lebete ferreo ope Ignis liquefactus, tam diu ſpatulâ ferreâ agitatur, dum in calcem ſeu Cineres abeat.

Sunt etiam qui Aquâ fort. Jovem diſſolvunt, & illâ decantatâ, præcipitatum pulverem edulcant, ſed prior modus præſtat.

Calx Lunæ.

Lunam cupellatam, in ſp. Nitri ſolutam Aquâ marinâ præcipitamus, & poſtea edulcamus.

Fit etiam ſi ſolutioni Lunæ, Aqua admiſceatur, & laminæ cupri injiciantur, lunaque ſic præcipitata abluatur.

Calx Plumbi.

Plmmbo liquefacto per vices admiſcetur ſulphur, dum in calcem reducatur.

Calcinare quoque poteſt, uti de Jove dictum.

Ceruſſa Antim.

Regulus Antimonii, cum triplo Nitri commixtus, & detonatus, Aquâ edulcoratur probe & exſiccatur, interdum etiam ſpiritum vini â pulvere hoc edulcato deflagramus.

Ceruſſa Martis.

Fit eodem modo, quo Ceruſſa Antimonii ex regulo martis.

Ceruſſa Mart. cum nonuplo Nitri.

Ceruſſa Martis, uti jam dictum, præparata denuò cum triplo nitri mixta & detonata,

ta abluitur etiam ſecunda vice, rurſusque exſiccata cum triplo Nitri calcinatur, & Aquâ probè edulcoratâ, & ſiccata, ad uſum ſervatur.

Chalcanthum Rubefactum.

Eſt Vitriolum ad rubedinem calcinatum.

Chalybs cum Sulphure.

Ferrum, Candefactum ſulphure admoto liquefit, & poſtea Crucibulo inditum, ad omnem ſulphuris deflagrationem ignitur.

Chalybis Sal.

Limatura Martis, Ope Aquæ, & Olei Vitrioli diſſoluta, filtratur, evaporatur & cryſtalliſatur.

Cinnab Antimonii.

Caput Mortuum poſt deſtillationem Butyri Antimonii relictum, Igne ſublimatorio in Cinnabarim evehitur, & rectificatur.

Clyſſus Vitrioli.

Vitriolum viride Martiale, tribus ſolutionibus & Cryſtalliſationibus depuratum, & ab Ochra liberatum, in olla ad flavedinem calcinamus, poſtea ſolvimus, cum aceto deſtil-

deſtillato, filtramus & cryſtalliſamus; qui labor tribus vicibus repetendus eſt. Tandem cryſtallos hos in ollâ ad ſtavedinem calcinatos, & pulveriſatos, indimus retortæ vitreæ & ex arenâ deſtillamus Phlegma & Spiritum, deſtillatum reſiduo in retortâ reaffundimus, cumque ad ſiccitatem abſtracta ſint; ex retortâ Igne aperto deſtillamus per gradus, uti moris eſt, dum omnes ſpiritus expulſi ſint. Deinde Caput mortuum aëri, ut illo impregnetur, exponitur, unde tandem ope Aquæ Sal extrahimus, quod ſolutionibus, filtrationibus, & cryſtalliſationibus repetitis purificamus. Ad ℥iij. hujus ſalis affundimus ſpiritus antea deſtillati ℥ 12. digerimus per menſem vel ultrà etiam, tandem filtratum, uſui aſſervamus.

Cremor Tartari.

Tartarus ablutus, & pulveriſatus, Aquâ bullienti ſolutus, & per laneum trajectus, ad cryſtalliſandum reponitur, cryſtalli collecti abluti & exſiccati, ſi prima vice ſatis albi non ſint, ſecundâ & tertia etiam cryſtalliſatione purificantur.

Crocus Marti per ſe. Wurtzy.

*Limatura Martis per tres dies vel diu-
tiûs reverberatur ſ. a. deinde contuſa, Cro-
cus inde Aquâ eluitur & ad ſiccitatem eva-
poratur.*

Crocus Martis cum Aquâ Regis.

*Limatura Martis toties cum Aquâ Regis
impaſtatur & ſiccatur, dum rubiginoſa eva-
dat, deinde in Crocum reverberando & lævi-
gando vertitur.*

Crocus Martis cum rore Maiali.

*Martis Limatura cum Rore, vel Pluviâ
Maiali, toties irroratur, dum in rubiginem
[illegible] ſte [illegible] ceditur uti jam dictum.*

Crocus Martis Aſtringens.

*Rubigo Martis cum aceto diſtillato facta,
& ſ. a. reverberata, in Crocum vertitur.*

Crocus Martis Aperitivus.

*Chalybs cum Sulphure, Igne reverberii,
in Crocum Martis Aperitivum abit.*

Crocus Martis ex Vitriolo Martis.

*Vitriolum Martis, calcinatum, contu-
ſum, Igne violento, in Crocum rubicundum,
& leviſſimum, reverberatur.*

Crocus Metallorum.

Fit ex Antimonii & Nitri ana ℔j. quæ detonantur, & poſtmodum Crocus à ſcoriis ſeparatur.

Crocus Veneris.

Fit ex Vitriolo Veneris, per reverberationem.

Cryſtallum Minerale.

Fit ex Lapide prunellæ ſolvendo & cryſtalliſando.

Cryſtall. Minerale Saccharatum.

Recipimus Cryſtalli Mineralis & Sacchari ana q.p. quæ in Aqua roſarum ſoluta evaporantur.

E

Elixir Pæoniæ.

R*Ecipimus Rad. Palm. Chriſti, Angelic. Pyrethri ana ℥j. Viſci quercini, Sem. Fœnic. anacard. ana ℥ vj. flor. Roris marini, Stæchad. Arab. Lavend. ana ℥ iij. Raſ. Cornu Cerv. Alcis. Cran human. Caſtorei ana ℥ iß. Herb. Major. mp. j. ſp. Vini rectificat. ℔ij. digerimus per dies 14. quibus* fin-

finitis per Alembicum ex Balneo maris deſtillamus Spiritum, cui addimus, Rad. flor. & ſem. Pæoniæ ana ℥ j Spec. Diamoſci dulc. Diaxyloaloës ana ℥ ß, digerimus per menſem, filtramus: ad ℥ 12. hujus tincturæ addimus ſp. Vitrioli rectific. & cum cinnabari nativâ ſ. a. imprægnati ʒiv. Salis pæoniæ ʒjß ſicque in Elixir, uti moris eſt, circulamus.

Elixir. Propr. Dulce.

Fit ex croci Aloës, Myrrhæ ana ℥ iß. ſp. vini ℔j digerendo & filtrando.

Elixir. Propr. Paracelſi.

℞. Croci, Aloes, Myrrhæ, ana ℥ vj. ſp. Vini, & Olei Sulphuris per campanam facti ana ℔jß. digerimus per menſem, deinde filtramus. & ſi opus ſit, menſtrui partem, ad deſideratam conſiſtentiam abſtrahimus.

Aliud.

Fit ex iiſdem, niſi quod, ad ſingulas libras ſp. Vini, Olei ſulphuris per campanam ʒij. addantur.

Eli-

Elixir Propr. cum Sp. Cornu Cerv.

Sp. C. C. ℥ 4. cum Sp. Vini ℥ viii. pri ſ. a. conjunguntur, deinde addimus Croc Aloës, Myrrhæ ana ℥ j.

Elixir Propr. Tartariſ.

Fit eodem modo uti Elix. Propr. dul modò quoòd promenſtruo tinctum ſalis Tar tari ſumatur.

Elixir Vitrioli.

℞. *Galang. min. ℥ iß. Calam Arom ℥ j. menthæ criſpæ. ſalviæ ana ℥ ß, cinna momi elect. Caryophyllorum, Zinz. Albi an ℥ iij. Nuc. moſchat cubebarum ana ℥ Lign. Aloes, cort. citri, ana ℥ j. Sacc cand. alb. ℥ iij, miſcemus, & in pulvere reducimus, cui affundimus ol. Vitrioli ℔ ſp. Vini ℔ iß. l. a. in elixir digerendo.*

Ens Veneris.

Vitriolum Martis, ad omnimodam du cedinem reverberatum & ablutum, miſc tur cum duplo Salis Armoniaci, & ſublim tur, bis velter cohobando.

Extractum Abſynthii.

Decoctum Abſynthii, clarificatum, eva pora

poratur ad conſiſtentiam extracti.

Fxtractum Croci & Helleb.

Fiunt eodem mo e.

Extractum Gambogiæ.

Extrahitur cum ſp. Vini, & vel in Aquam deſtillatam præcipitatur, vel etiam ad extracti formam abſtrahitur.

Extract. Guajaci, Samb. &c.

Fiunt uti Extractum Abſynthii.

F

Flores Antimonii.

ANtimonium Igne vehementi, abſque additione, ope vaſorum ſublimatoriorum, in Flores ſublimatur.

Flores Antim. Diaph.

Flores Antimonii irrigantur Oleo Sulphuris, & in crucibulo clauſo, aperto Igne calcinantur.

Flores Benzoini.

Fiunt ex Benzoino contuſo, quod indimus ollæ, cui cucullus chartaceus ſuper adaptatur; poſtea Igne ſ. a. accenſo, flores ſublimatos cucullo mutato ſæpius, detergimus, quos, ſi opus ſit, eodem modo rectificamus.

Flo-

Flores Salis Armon.

Sal Armoniacum & Sal fuſum in æquali pondere mixtæ ſublimantur in Flores.

Flores Salis Armon. Martiati.

Miſcemus Salis Armoniaci & Limaturæ Martis ana ℔ij. ſublimamus caput mortuum exponitur aeri ut effloreſcat & quodammodo liqueſcat, deinde cum dimidio ſui ponderis Salis Armoniaci miſcemus, lento igne ſiccamus, & tandem ſ. a. ſublimamus.

Flores Salis Com.

Fiunt, ſi, poſt deſtillationem ſp. ſalis, Ignis urgeatur, tunc enim Flores ſublimari & collo retortæ & recipientis adhærere ſolent.

Flores Sulphuris.

Sulphur ex ollâ, vel retortâ, in capax recipiens ſublimatur inque flores vertitur.

Flores Viridis Æris.

Viride Æs in aceto deſtillato ſolutum, filtratum & evaporatione in cryſtallos redactum, dicitur flos viridis Æris.

Flores Jovis.

Recipimus Jovis mj Nitri ℔ij. miſcemus ſ. a. & cochleatim in vaſa ſublimatoria ingerimus & detonamus, finita operatione, Flores ſublimatoriis adhærentes deterſos Aquâ calidâ abluimus,

G

Galbanetum Hartmanni.

Fit ex Galbani ℔ß. ſpiritus terebinthinæ ℔j. per octiduum (cum, vel absque, aromatibus) digeſtis, & per Alembicum ad ſiccitatem deſtillatis.

Balſam. Galbanet. Senn.

Recipimus Galbani ℔ß. ol. terebinth. ℔ij. digeſta per menſem, deſtillamus ſ. a. deſtillato addimus Ol. Lavendulæ ʒ j. & poſt unius diei digeſtionem, denuo deſtillamus.

I

Jovis Magiſterium.

Ex Aquâ primæ coctionis maſſæ, ex ſublimatione florum Jovis relictæ, filtratâ, ope liquoris Aluminis, præcipitamus magiſterium, ad dulcedinem abluendum.

Jupiter Diaphoreticus.

Materiam poſt ſublimatos Flores Jovis relictam in Aquâ coquimus, pulverem præcipitatum ad omnimodam dulcedinem abluendo.

Jupiter Nitratus.

Vide Nitrum Joviatum.

L.

Lac Sulphuris.

Florum Sulphuris ℔j. & calcis vivæ (vel Salis Tartari) ℔iij. coquimus in amplo Vaſe, in ſ. q. Aquæ dum Sulphur ſolutum ſit, tum calidum Liquorem filtramus, & cum Aceto deſtillato, vel Spiritu, vel Phlegmate Nitri, Lac præcipitamus; ab omni acredine abluendum & ſiccandum.

Lap. Calaminaris Præparatus. Wurtzii.

Lapidem calaminarem contritum, & in Crucibulo candefactum, in Acetum deſtillatum projicimus, quo decantato pulvereque ſiccato, uti dictum ſecunda & tertia vice porcedimus.

Lapis

Lapis Infernalis.

Fit ex Argenti cupellati ℥j. & ß Nitri rectificati ℥iij. in quo Luna ſoluta & ad tertias evaporata, infunditur crucibulo Germanico firmo & amplo, & ſupra prunas, ad conſiſtentiam evaporatur, tandemque effunditur.

Lapis Inferlalis Comm.

Fit ex ℔ij calcis vivæ & ℔j. cinerum Clavellatorum commixtorum, unde ope Aquæ Lixivium extrahimus, quod filtratum ad ſiccitatem evaporatur, relictus in fundo ſal in crucibulo funditur, dum in Lapidem cauſticum abeat.

Ladis Medicamentoſus.

Vitrioli viridis ℔j. Albi ℔ß. Alun ℔iß. Fell. vitri, ſalis comm ana ℥iij. ſalis Tartari ℥iiß. Arthemiſiæ, Abſinth. ana ℥ß. ceruſſæ ℔ß. Boli ℥iij. ſ. a. in Lapidem coquuntur.

Lapis Prunellæ.

Nitri putiſſimi ℔j liquefit in Crucibulo, cui per vices injicitur Sulphuris parum quod cum deflageraverit effunditur.

Laud. liq. Helm.

Recipimus Opii optimi præparati ℔j. *Croci* ℥vj. *cinnamomi*, *charyoph. Nuc. Moſc. Ligni Aloës*, *Santali citrini ana* ℨ *iv. Succi Cydoniorum* ℔32. *digerimus per menſem*, *poſtea filtramus*, & *ad conſiſtentiam Liquorem ſuperfluum abſtrahimus*.

Laud. liq. Tartariſ.

Supra dictas ſpecies in Tinctura Salis Tartari ℔ 10. *digerimus*, & *poſtea filtrando procedimus*.

Laud. Opiatum Starkii.

Facimus ſ. a. ſapam ex ℔j. *ſalis Tartari*, & ℔. *Terebinth. q. ſ. poſtea recipimus opii Thebaici præparati* & *pulveriſati*, *Hellebori Albi*, & *Nigri*, *rad Liquirrh. ana* ℥ *viij. ſapæ prædictæ q. ſ. miſcemus longa trituratione*, *dum fiat maſſa pilularis*. *Quidam Helleborum Nigrum omittunt*.

Laudan. ſine Opio Hartm.

Recipimus, pulv. Santal. Citrini, rubr. ana ℥j. Macis, Galang. Piperis, Cardam. ana ʒiij f. l. a. cum ſpiritu Vini, extractum, extrahimus etiam Mumiæ Ægyptiacæ & Myrrhæ rubræ ana ʒj cum Aquâ Cichorii, poſtea tincturas filtratas & confuſas, miſcemus cum Sulphuris Vitrioli narcotic ʒij. & digerimus per tres ſeptimanas, tandem menſtruum ad mellis conſiſtentiam abſtrahimus, abſtracto addendo, extr. Croci ʒß. ſalis perlarum ʒj. ut fiat maſſa pilularis.

Liquor Silicum.

Recipimus Silicum calcinatorum ℥xij. ſalis Tartari, ex Tartari & Nitri partibus æqualibus facti, ℥viij.; miſcemus exactè in mortario, & in Crucibulum candens cochleatim ingerimus; urgendo Ignem dum pellucida fiant Vitri, maſſam, Crucibulo refrigerato, relictam, aeri exponimus ut per deliquium fluat.

M.

Magiſt. Biſmuthi.

℞. Biſmuthi pulveriſati ℥iv. Sp. Nitri rectificati ℥xij. fit ſolutio, quæ cum Aquâ ſalsâ præcipitata, ad dulcedinem abluitur.

Magiſt. Corallorum.

Sumimus Corallorum calcinatorum q. p. diſſolvimus in ſ. q. aceti deſtillati, ſolutione filtrata, & cum Oleo Vitrioli præcipitata, Magiſterium ſ. a. abluimus.

Magiſter Gambogiæ.

Vide Extractum Gambogiæ.

Mag. Jovis.

Vide Jovis Magiſterium.

Mag. Martis, apertiv. Mynſicht.

Miſcemus Succi acetoſæ depurati ℔vi. cum Tamarindorum ℔j ſ. a. nucleisque & ſtipitibus exemptis coquimus & clarificamus, addimus Limaturæ martis ℔ß. digerimus ſæpius agitando per aliquot dies, poſtea colamus, & inſpiſſando ad conſiſtentiam extracti reducimus.

Magiſt. Perlarum.

Perlæ contuſæ aceto Vini deſtillato ſolvun-

vantur, ſolutioneque filtrata, cum Oleo Vitrioli præcipitatur magiſterium, & admodum ad omnimodam dulcedinem ablutum, ſiccatur.

Magiſt. Matris Perlarum, & Oculorum cancr.

Fiunt uti de Magiſterio Perlarum dictum.

Magiſt. Saturni.

Minium in aceto deſtillato, ad ejus dulcedinem coquitur, filtratur, cumque Oleo Vitrioli, vel ſale Tartari præcipitatum, edulcatur:

Magiſt. Sulph.

Vide Lac Sulphuris.

Magnes præparatus Wurtzii.

Magnetis pulveriſati q.pl. cande facimus in crucibulo, & æq.p. Olei Martis affundimus, illud lento igne evaporando.

Martis Tinct. Mynſicht.

Vide Tinctura Martis.

Martis Crocus.

Vide Crocus Martis.

Merc. præcip. Albus.

Recipimus Mercurii q.p. diſſolvimus in ſ. q. Aq.

q. Aq. fortis, præcipitamus cum Aquâ ſalſa vel phlegmate ſp. ſalis Armoniaci, ablutumque probe ſiccamus.

Merc. præcip. Albus ſubdulcis.

Mercurium crudum diſſolvimus in ſp Nitri q. ſ. ſolutum præcipitamus cum ſp Vini q. ſ. Liquorem decantamus, præcipitatum ſiccamus, & ſpiritum Vini aliquoties affuſum comburimus.

Merc. præcipit. fixatus.

Sumimus Mercurii ℥ vj. florum Sulphuris ʒ iv, Salis Armoniaci ʒ iij. miſcemus in mortario marmoreo, dum Mercurius ſit omninò extinctus, deinde ſublimamus, quod in fundo reſtat cum ſublimato rurſus commiſcemus, & ſublimamus, hæc etiam tertia & quarta vice repetimus, ultimò ſublimatum exactè à præcipitato ſeparando; qui ſervatur ad uſum.

Merc. præcipit Flavus.

Vide Turpetum Minerale.

Merc.

Merc. præcipit. Gryſeus.

Recipimus Mercurii præcipitati flavi vel Albi ℥j, abluimus cum Aqua Roſarum ſæpius, ſiccatum imbibimus cum ſpiritu Vini rectificato, addimus Camphoræ in ſ. q. ſp. Vini ſolutæ ℥j. & leni Igne ſp. Vini inde abſtrahimus.

Merc. præcipit. Incarnatus.

Mercurii ℥j. ſolvimus in Aquæ Fortis ℥ij. addimus Aq calidæ ℥iij. præcipitamus cum urina recenti, & præcipitatum probè Ablutum ſiccamus.

Merc. præcipit. Laxativus.

Recipimus Mercurii q. p. effundimus Olei Vitrioli vel Sulphuris ad digiti unius ſupereminentiam, ponimus in Balneo arenæ, dum Mercurius cryſtalliſetur, poſtea materiam hanc cryſtallinam eximimus, ſi quid adhuc vivi ſuper ſit Mercurii ſeparamus, indimus Crucibulo, ut per horam ope Ignis candefiat, tandem in Aquam calidam injicimus, & fiet pulvis flavus, qui Aquâ decantatâ, lavatur, exiccatur, & ſpiritus Vini ſupra illum accenditur.

Merc. præcipit. per ſe.

Mercurius crudus vitro infernali inditus igne ſecundi gradus tam diu uritur; dum in rubrum & rutilantem abeat præcipitatum, quod ſpacio anni vix abſolvitur.

Mercurius præcipit. Ruber.

℞. *Mercurii* ℔j. *Aq fortis* ℔ij. *deſtillatur Aqua fortis à Mercurio, cum tribus cohobiis, dum in rubicundam abeat pulverem, quem ſervamus.*

Mercurius præcipit. Solaris per ſe.

Recipimus Mercurii ℥iv. *Auri per Antimonium fuſi & cupellati* ℥ß. *facimus l. a. amalgama, quod vitro inditum, uti de Mercurio præcipitato per ſe dictum, tractatur, niſi quod ſæpius materia ſit eximenda, & in mortario probè conterenda.*

Mercurius præcipit. viridis.

Sumimus Mercurii ℨiv. *ſolvimus in Aqua forti, pariter ſolvimus cupri* ℨ ß. *in Aqua forti, ſolutiones conjungimus, & Aquam fortem abſtrahimus, igne ſub finem violento, præcipitatum hunc cum aceto deſtil-*

ſtillato digerimus, per aliquot dies, ut ultim. ebulliat acetum, tandem filtratum, ad ſiccitatem abſtrahimus.

Mercurius præcipit. Wurtzii.

Recipimus Mercurii per Salem & acetum loti ℥iv. affundimus Aquæ fortis duplicis ℔j. ℥iv. abſtrahimus Aquam fortem ex arena, ſemel adhuc cohobando, poſt ea materiam exemptam terimus, affundimus Olei Vitrioli ℥iv. digerimus per diem, & Oleum inde in cinerum Balneo abſtrahimus, maſſam in fundo relictam conterimus; & ſpiritum Vini per dies tres cum illâ digeſtum decantamus, novumque affundimus digerendo & decantando, quod etiam tertiâ vice repetimus, tandem ſiccamus.

Mercurius Sublimatus Corroſivus.

Recipimus Mercurii, Vitrioli calcinati, Nitri, & Salis decripitati ana ℔j miſcemus triturando, dum Mercurius non amplius appareat, hinc retortæ Vitreæ inditum ex arenâ l. a. ſublimamus, ſublimatum collectum, cum æquali pondere Vitrioli & Salis decrepitati miſcemus & ſecundò ſublimamus, ut magis corroſivus evadat.

Mercurius Sblimatus dulcis.

℞. *Mercurii* ℔iij. *Mercurii ſublimati corroſivi* ℔iv. *& ſublimatur, ter, quater, vel quinquies, ſemper quod leve eſt removendo, dum dulcis evadat.*

Mercurius Sublimatus ruber & flavus.

Recipimus Mercurii crudi, Vitrioli calcinati, Salis Nitri ana ℔ij. *miſcemus triturando, dum Mercurius omnino evaneſcat, hinc ſublimamus, ſublimatum à capite mortuo ſeparatum; rurſus miſcemus cum Salis Nitri & Aluminis parum calcinati ana* ℔i, *hæc cum aceto impaſtata, rurſus ſublimamus, poſtea rubrum à flavo ſeparatum, utrumque ſeorſim Aqua abluimus, & ſpiritum vini ſupra illa accendimus.*

Mercurius Vitæ.

Butyrum vel Oleum Antimonii Aquæ magna quantitate affuſa præcipitatur in Mercurium Vitæ, qui Aquâ purâ affusâ edulcoratus, ſiccatur.

Mercurius Vitæ correctus.

Mercurius Vitæ per aliquot dies Igne arenæ uritur, dum flaveſcat, poſtea Spiritus

Vini digerendo & filtrando ſæpius ab illo ſeparatur.

Mixtura Simplex.

Vide ſp. Diatrion.

N

Nitrum Antimoniatum.

REcipimus nitri puri ℥ vj. liquefacimus in Crucibulo, & paulatim cautèque injicimus Vitri Antimonii per ſe facti ℥ ij. quæ in unum Ope Vulcani unita effundimus in Mortarium, in pulverem conterimus. unde Aquâ purâ Nitrum eluimus, quod filtrando, & cryſtalliſando purificamus

Nitrum Chacheticum Chalybeatum.

Fit ex Nitri ʒiijß. Vitrioli Martis ʒij. & arcani duplicati ʒijß. miſcendo, & ſubtiliſſime conterendo, hinc in arenâ ad rubedinem colliquando, & calcinando.

Nitrum Corallatum.

Fit ex Nitri purificati ʒiij. & Salis Corallorum ʒi. ſi illa ſingula ſeorſim cum Aqua Roſarum ſolvantur, ſolutiones filtratæ conjungantur & ad conſiſtentiam Salis abſtrahantur.

Nitrum Fixatum.

Recipimus Nitri ℔i. liquefacimus in Crucibulo, & flores Sulphuris illi tam diu injicimus, donec detonatio ceſſet, poſtea ſolutione, filtratione, & cryſtalliſatione purificamus.

Nitrum Joviatum.

Caput mortuum ex ſublimatione Florum Jovis affuſa Aqua coquimus, filtramus & ad ſiccitatem evaporamus.

Nitrum Nitratum.

Fit ex Nitri purificati ℥vi. & Sp. Nitri rectific. ℨiv. miſcendo & ad ſiccitatem cum tribus cohobiis deſtillando, & ignem ultimò ad Vaſis excandeſcentiam urgendo.

Nitrum Perlatum.

Fit uti Nitrum Corallatum, modo quod loco Salis Corallorum, Sal Perlarum aſſumatur.

Nitrum Saturniſatum.

Recipiuntur Sacchari Saturni & Nitri purificati ana ℨii, ſolvuntur in aceto deſtillato & cryſtalliſantur.

Nitrum Sulphuratum.

Recipimus florum Sulphuris ℨ iv. & Nitri

Nitri ℔ß. hanc mixturam paulatim in Crucibulo ſub Campanâ, quæ tegit patinam continentem ſpiritus Urinæ ℔ij. detonamus fere eodem modo, uti olim fieri ſolebat Oleum Sulphuris per campanam clauſam, cum omnis materia per vices detonata fuerit, miſcemus caput mortuum cum Spiritu Urinæ, qui in patina eſt, digerimus per diem, poſtea filtramus, & ad ſiccitatem ſ. a. evaporamus.

Nitrum Sulphuratum aliud.

Fit ex Nitri & ſp. Sulphuris p. æq. uti de Nitro nitrato dictum.

Nitrum Vitriolatum.

Vide Arcanum duplicatum.

Nitrum Vitriolatum aliud.

Fit ex Nitri purificati p. ij. & Olei Vitrioli p. i. uti de Nitro nitrato dictum, procedendo.

O

Ol. Abſynthii.

Deſtillatur, ut moris eſt, per Veſicam.

Oleum Ammoniacum.

Deſtillatur ex arena per Retortam.

Oleum

Olenm Angelicæ & Aniſi.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol. Antimonii.

Fit ex Butyro Antimonii denuo per Retortam rectificato.

Ol. Antimonii Saccharatum.

Eit ex Antimonii pulveriſati & Sacchari ana ℔ij. ſecundum artem mixtis & per Retortam nudo Igne vehementiſſimo deſtillatis.

Ol. Aſæ Fœtidæ.

Deſtillatur per Retcrtam.

Ol. Aurantiorum.

Fit per Veſicam.

Ol. Báccarum Hederæ.

Deſtillatur per Retortam.

Ol. Bacc. Lauri.

Eit vel per Veſicam, quod fragrans; Vel per Retortam, quod fœtidum.

Ol. Benzoini & Buxi.

Fiunt per Retortam.

Ol. Chamom. Carv. Caryophill.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol.

Ol. Ceræ.

Fit ex Cera, Igne arenæ, per Retortam deſtillando.

Ol. Corn. Cerv. & Cranii Humani.

Deſtillantur unâ cum Spiritu per Retortam, & poſtea l. a. rectificantur.

Ol. Cymini.

Fit per Veſicam.

Ol. Ephorbii.

Deſtillatur per Retortam.

Ol. Fœnic. Dulcis.

Fit per Alembicum.

Ol. Fulig. Galb. Guajaci, Guajac. rectif.

Deſtillantur per Retortam, una cum ſpiritu, cum quo deinde l. a. rectificantur & ſeparantur.

Ol. Hyſſop. Junip. Lavend. Limon. Majoranæ.

Fiunt per Alembicum.

Ol.

Ol. Martis Wurtzii.

Limaturam Martis cum aq. Stygia peculiari toties irroramus & exſiccamus, dum rubiginem contraxerit, tunc aq. affuſâ abluimus, filtramus & ad conſiſtentiam Olei evaporamus, quod aliâ Aquâ affuſâ & evaporatâ dulcificamus.

Ol. Maſtiches.

Deſtillatur per Retortam.

Ol. Mentæ.

Fit per Alembicum.

Ol. Myrrhæ Chemicum.

Myrrha per Retortam deſtillatur in Spiritum & Oleum, quæ per tritorium ſeparantur.

Ol. Myrrhæ per deliq.

Ova ad duritiem coquuntur, per medium diſſeantur, vitelli eximuntur, & locus illorum cum alcohol Myrrhæ impletur, ſic filo ligata in cellâ ſuſpenduntur, ut Oleum per deliquium defluat.

Ol. Nuc. Moſchat. & Origani.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol.

Ol. Ovorum.

Vitelli Ovorum in ſartagine tam diu friguntur ſ. a. dum Oleum emittant.

Ol. Philoſophorum vel de lateribus.

Lateres candefacti in Oleum Olivarum projiciuntur, tam diu dum omne Oleum inbiberint, tum exempti, confriguntur, unde per Retortam Oleum deſtillatur, à Spiritu ſeparandum.

Ol. Picis Liquidæ.

Deſtillatur per Alembicum vel etiam per Retortam

Ol. Picis Barbadenſis, & Polypodii.

Fiunt per Retortam.

Ol. Pulegii, Rhodii, Roriſmar. Rutæ. Sabinæ.

Fiunt per Alembicum Cupreum.

Ol. Salis.

Eſt Spiritus Salis, ad conſiſtentiam Olei Vitrioli rectificatus.

Ol. Salviæ, Saſſafras, Statureiæ.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol.

Ol. Saturni.

Vide Balſamum Saturni.

Ol Silicum.

Vide liquor Silicum.

Ol. Succini Spirituale & Commune.

Deſtillantur per Retortam è ſuccino, deinde à Sale ſeparata, cum Spiritu rectificantur, quod primo prodit & flavi coloris eſt, vocatur Oleum Spirituale, quod ſecundo provenit, & rubrum eſt, vocatur commune,

Ol. Sulphuris.

Fit per campanam, ſub qua Sulphur accenditur, ubi Oleum (Phlegmate in auras abeunte) coagulatum, per latera campanæ in vas ſuppoſitum deſtillat.

Ol. Tabaci.

Deſtillatur per Retortam.

Ol. Tanaceti.

Fit per Veſicam.

Ol. Tartari Chemic.

Deſtillatur per Retortam una cum ſpiritu, cum quo poſtea rectificatur.

Ol.

Ol. Tartari per deliq. & Comm.

Tartarus ad Albedinem calcinatus, & reverberatus, ſupra Tabulam vitream expanditur, & in cellâ collocatur, ubi humiditate ex aëre attracta in Oleum ſeu liquorem defluit, ex maſſa remanente reſiduum ſalis cum Aquâ bulliente extractum, & ad conſiſtentiam evaporatum vocatur Oleum Tartari commune.

Ol. Tartari Sennerti.

Eſt ſal Tartari Sennerti per deliquium ſolutum.

Ol. Terebinth. Tereb. Venet.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol. Tereainth. Terebinth, Venet, rectific.

Rectificantur per Retortam.

Ol. Tereb flavum & rubrum,

Fiunt per Retortam.

Ol. Thymi.

Deſtillatur per Veſicam.

Ol,

Ol. Virid. Æris Cauſticum.

Recipimus Æris Viridis ℥ i. Salis Nitr ℥ ij. quæ pulveriſata & probe commixta ſecundum artem detonantur, materiam relictam aëri exponimus, ut Oleum dictum per deliquium defluat.

Ol. Vitrioli & Vitrioli Dantiſcani.

Fiunt è Vitrioli calcinato, quod Retortæ inditum, in reverberio clauſo Igne per gradus aſcenſo, & tandem vehementiſſimo, per tres dies & noctes continuato deſtillamus & poſtmodum a Phlegmate & ſpiritu ſuo per Retortam ex arenâ liberamus.

Ol. Vitrioli dulce.

Recipimus Olei Vitrioli rectificati & à Phlegmate & Spiritu omnino ſeparati ℔i. ſp. Vini rectificati ℔iij. vel iv, miſcemus ſ. a. in matracio, quod ex acte clauſum, & per menſem, vel diutius, digeſtum, per Retortam cum quatuor vel pluribus cohobiis, dum uniti ſint, deſtillamus.

Ol Vitrioli rectific.

Rectificatum dicitur, ſi dephlegmatum per Retortam pellatur.

Pana-

P

Panacæa Holſatica.

Vide Arcanum duplicatum.

Panacæa Sulph. Antimonii.

Fit ex ſulphuris combuſtibilis Antimonii & reguli Antimonii ana ℥i. ol. Sulphuris per campanam rectificati ℥iij. per dies octo digerendo & poſtea per arenam deſtillando, & ſub finem ignem augendo, maſſam poſtea in fundo relictam per quinque horas reverberando. Tandem ſingulis unciis hujus pulveris addimus Salis Corallorum ʒ ij ſ. a. miſcendo.

Panacæa Merc. Schroderii.

Vide Mercurius præcipitatus fixus.

Plumbum Uſtum.

Vide Calx plumbi

R

Regulus Antimonii.

Recipimus Antimonii, Nitri, Tartari ana ℔i quæ pulveriſata & mixta in Crucibulo detonamus, augendo Ignem, ut ſalia per ſemihoram liquefiant & fluant, deinde Crucibulo ab Igne remoto, refrigerato, & fracto, regulum à Scoriis ſeparamus.

Re-

Regulus Marſis.

Fit eodem modo, ex Antimonii, Nitri & Tartari ana ℥ix. & Martis limati ℥iv. inſimul detonando.

Regulus Jovis.

Reguli Antimonii & Jovis ana, Ope Vulcani colliquamus.

Regulus Solaris.

Fit ex Auri Cupellati ℥i. & Reguli Antimonii ℥viij colliquando.

Regulus Lunaris.

Fit eodem modo.

Regulus Veneris.

Fit ex Antimonii ℔ij. cupri, Nitri & Tartari ana ℔i. & porro, uti de Regulo Antimonii dictum proceditur.

Reſina Guajaci.

Guajaco raſpato Spiritus Vini q. ſ. affundimus, digerendo, dum is rubro colore tinctus ſit, tum filtratus ad tertias abſtrahitur, & quod remanet, Aquæ puræ infunditur, Reſina tandem præcipitata & abluta exiccatur.

Reſ. Jalappæ & Scammon.

Fiunt eodem modo.

Ros Vitrioli.

Vitriolum non calcinatum, per Retortam ex arenâ l. a. deſtillatur, unde Ros ejus prodit.

S

Sacch. Aluminis.

Vide Alumen dulce

Saccharum Saturni.

Sumitur Lythargyrium, vel minium, vel Ceruſſa, utrum vis, & cum aceto deſtillato tam diu coquitur, dum dulciſſimum evadat, deinde filtratum & ad cuticulam evaporatum, in Cella ponitur, ut Cryſtalli concreſcant, qui ſiccati ſ. a ſervantur.

Sal Abſynthii.

Abſynthium ſiccatum & incenſum, in cineres redigitur, ex quibus cum Aquâ calidâ Sal elixiviatur, deinde Aqua ad ſiccitatem ſalis evaporatur, quod, ſi opus ſit, ſecundâ vel tertiâ ſolutione & coagulatione purificatur.

Sal Abſynthii cryſtallin.

Solvitur Sal Abſynthii Aquâ calidâ, ſolutio ad cuticulam evaporata, in Cellâ ad cryſtalliſandum ponitur, exempti cryſtalli ſiccantur.

Sal vel Tartarus Aceti.

Fit ex Capite Mortuo Aceti abſque aduſtione ad ſiccitatem abſtracti, ſi illud poſtea cum Aquâ ebulliat, filtretur, & ad tertias evaporetur, concreſcent in loco frigido Cryſtalli qui ſecunda & tertia, quoad opus eſt, ſolutione purificari poſſunt, dicitur Sal Aceti eſſentialis, vel etiam Tartarus Aceti.

Si vero caput mortuum comburatur, & inde Ope Aquæ ſ. a. Sal eliciatur, Sal fixum aceti vocatur.

Sal Artemiſ. Cardui, Caryoph. Chamom. Cochleariæ, Cochleariæ Marinæ.

Fiunt uti de Sale Abſynthii dictum.

Sal Corallorum.

Solvuntur Coralia aceto deſtillato, ſolutio filtrata ad ſiccitatem evaporatur.

Sal Cornu Cervi.

Deſtillatur una cum ſpiritu, & poſtea per crebras rectiſicationes ab Oleo purificatur.

Sal Corn. C. Succinat.

Salis Corn. Cervi purificati ℔i. cum ℔ſ. ſuccini miſcetur & ſublimatur.

Sal Cran. Human. & Sal Cran. Hum. Sucein.

Fiunt eodem modo uti de ſale Cornu Cervi ... ctum, ex Craniis humanis.

Sal Diureticum.

Ex capite mortuo ſalis volatilis Armo- ... iaci, ope Aquæ calidæ, elicitur, & filtran- ... & coagulando purificatur.

Sal Duplex.

Vide Arcanum duplicatum.

...al Fabarum, Fraxini, Fuliginis Geniſtæ, Juniper. Lavendulæ.

Fiunt eodem modo uti de Sale Abſinthii ... ictum.

Sal Martis.

Vide Martis Sal.

Sal Martis quod Anima Hepatis dicitur.

Fit, ſi Spiritus Vini rectificati ℔ß. & Ol. ... itrioli ℥iv. commixta, ſerventur in ... irtagine ferreâ ad ſiccitatem Salis.

Sal Martis purgans.

Miſcemus Limaturæ Martis, & Salis Armoniaci ana ℔ß. & Igne intenſo ſubli-

mamus, ex capite mortuo, ope Aquæ cali da, Sal ſolvendo, filtrando & coaguland ſ. a. extrahimus.

Sal Mentæ.

Fit uti Sal Abſynthii.

Sal Matris Perlarum, Perlarum, & Ocu lorum Cancri.

Solvuntur Perlæ aceto deſtillato, filtra tur, & ad ſiccitatem evaporatur.

Sal Polychreſtum.

Sumimus Nitri & florum Sulphuris an. ℔i. detonamus ex reſiduo, Sal Polychre ſtum ope Aquæ eluimus, filtramus, & ad ſic citatem ac evaporamus.

Sal Roris Marini, Rutæ, Sabinæ Salviæ.

Fiunt per incinerationem, uti de Sale Ab ſynthii dictum.

Sal Spongiæ fixum, & Volatile.

Spongiæ deſtillantur per Retortam, & prodit ſpiritus, Sal Volatile, & Oleum Sal ſeparatum rectificatur. Ex Capit mortuo Elixiviatur Sal fixum, Ope Aqu calidæ, & proceditur filtrando, & coagu lan

lundò ; uti ſæpius de Salibus fixis dictum fuit.

Sal Sulphuris.

Ex Capite mortuo ſeu cineribus ſulphuris ſ. a. ope Aquæ elicitur.

Sal Succini.

In deſtillatione & rectificatione Olei Succini, colligitur Sal Succini, collo Retortæ adhærens, quod ſ. a. purificatur.

Sal Tamariſci, Tartari,

Fiunt per incinerationem, ſolvendo, filtrando, & coagulando.

Sal Vitrioli.

Vitriolum Album, Aqua ſolutum filtratur & cryſtalliſatur.

Sal Volat. Armon. & Succin.

Fit ex Salis Tartarii & Salis, Armoniaci ana ℔iij. ſ. a. ſublimando.

Sal Volatile Armon. cum Caſtoreo.

Fit ex Salis Volatilis, Armoniaci partibus iij. & parte i. Caſtorei, ſimul digeſtis, & ſ. a. ſublimatis.

Sal Volat. Oleoſum liquid. Cinnam. &c.

Recipimus Cinnamomi ℥ i. (vel ali Aroma) Spiritus Vini ℥iv. ſs. Salis A moniaci ℥ij. miſcemus. ſ. a digerendo aduniendo.

Sal Volat Urinæ.

Fit uti Sal Volat. C. C. ex Urina fe mentata.

Sedativ. Archæi.

Recipiuntur flores Salis Armonia Martiati, ex quibus, cum ſp. Vini, Tinctu elicitur, quæ ad placitam conſiſtentiam a ſtrahitur.

Sp. Aceti

Vide Acetum deſtillatum.

Sp. Aluminis.

Deſtillatur ex Alumine calcinato, Ig aperto vehementiſſimo, uti Oleum Vitrioli.

Sp. Buxi.

Deſtillatur, una cum Oleo, per Retor tam, & inde rectificatur.

Sp. Caſtorei.

Recip. Caſtor. ℥ iv. Fl. Lavend. ℥ Salv. Roriſmar. ana ℥ ß. Cinnam ℥vi

Ma

Mac. Caryoph. ana ℥ ij. Sp. V. rectif. ℔ vi. digerimus & ſ. a. deſtillamus.

Sp. Cochleariæ.

Fit ex Herbâ ſ. a. fermentatâ, & poſtmodùm per Alembicum deſtillata.

Sp. Corallorum Poteri.

Deſtillatur per Retortam ex arenâ, è ſale coralliorum per crebras ſolutiones, filtrationes, & coagulationes purificato, & poſtea rectificatur.

Sp. C. C. Sp. Cranii Human. Sp. C. C. Cran. Human. Succinat.

Deſtillantur per Retortam, & poſtea ab Oleo ſeparati, rectificantur; ſi Succnatos velimus, à Succino abſtrahuntur.

Sp. Croci.

Sumimus Croci ℥ viij. Spiritus Vini ℔ v. digerimus & poſtea per Balneum deſtillamus.

Sp. Diatrion.

Fit ex ſp. Theriacalis Camphorati ℔ x. ſp. Tartari rectificati ℥ vi. & ſp. Vitrioli ℥ ij. ſ. a. miſcendo & digerendo.

Sp. Fugilinis.

Deſtillatur per Retortam uti Sp. C. C.

Sp. Guajaci & Sp. Gumm. Ammon.

Fiunt uti ſp. Buxi.

Sp. Juniperi.

Fermentantur Baccæ Juniperi l. a. & deinde deſtillatur inde ſpiritus, per Veſicam, per Retortam rectificandus.

Sp. Mellis.

Deſtillatur per Retortam uti de Sp. Buxi dictum.

Sp. Millepedium & Sal

Fit uti Sp. C. C.

Sp. Nitri.

Nitri exiccati, & pulveriſati ℔ij. commiſcentur cum argillæ uſtæ ℔iv. & per Retortam, Igne aperto, uti Aq. fortis deſtillatur.

S. Nitri Bezoard.

Spiritus Nitri, in præparatione Bezoardici Mineralis, à Butyro Antimonii abſtractus, dicitur Sp. Bezoardicus, & eſt de natura Aquæ Regis.

Sp.

Sp. Nitri dulcis.

Sp. Vini rectificati ℔ij. cum ℔i. Sp. Nitri dephlegmati, ope digeſtionis conjunguntur, & deinde per Retortam cum duobus cohobiis cautè pelluntur.

Sp. Picis Liqutdæ & Picis Barbad.

Proveniunt una cum Oleo, in eorum deſtillatione & poſtea ſeparata, rectificantur.

Sp. Regin.. Hung.

Fit ex Floribus Roriſmarini & ſp. Vini, hunc inde deſtillando, & his ſupra novos flores cohobando.

Sp. Salis, & Salis dulcis.

Fiunt uti ſp. Nitri & ſp. Nitri dulcis.

Sp. Salis Martialis.

Sumuntur Salis gemmæ ℔ij. Limaturæ Martis ℔iv. mixta, per Retortam aperto Igne pelluntur.

Sp. Salis Armoniaci.

Fit ex Salis Armoniaci ℔iij. calcis vivæ ℔vi. Aquæ communis q. ſ. per Retortam deſtillando.

Sp. Salis Armon. Tartariſ.

Salis Armoniaci & Salis Tartari

ana ℔i. *cum ſ. q. Aqua per Retortam deſtillantur.*

Sp. Salis Armon. Succinatus.

Sp. Salis Armoniaci ſupra pulverem ſuccini l. a. rectificatur.

Sp. Salis Armon. acidus Chalybeatus.

Deſtillatur per Retortam, ex Capite mortuo, quod poſt primam ſublimationem florum Salis Armoniaci martiatorum, relictum erat, poſtquam aëri per aliquot dies expoſitum fuit.

Sp. Sambuci.

Fit ex Baccis Sambuci, poſt fermentationem, per Veſicam deſtillando.

Sp. Sang. Humani & Succinat.

Deſtillatur, poſtquam per aliquot dies putrefactus Sanguis fuerit, per Retortam, uti Sp. C. C.

Sp. Saturni.

Saccharum Saturni, probe purificatum, deſtillatur per Retortam, ubi prodit ſpiritus per rectificationem à phlegmate ſegregandus.

Sp. Spon-

Sp. Spongiæ,

Deſtillantur ex Spongiis per Retortam, & poſtea ut Sp C. C. rectificatur.

Sp. Succini, Tabaci, Tartari.

Deſtillantur per Retortam una cum Oleo, à quo deinde ſeparati rectificantur.

Sp. Theriac. Camph.

Recipimus Theriacæ Andromachi ʒ x. Myrrhæ rubræ ʒv. Croci Orientalis ℥i. Camphoræ ℥ß. Sp. Vini rectificati ℔i. ℥iv. digerimus per aliquod tempus, & per Balneum rectificamus.

Sp. Veneris.

Deſtillatur ex Floribus ſeu Cryſtallis viridis Æris per Retortam.

Sp. Vini Canarini.

Deſtillatur ex vino per Veſicam, & deinde qro lubitu per Retortam rectificatur.

Sp. Vini Succinatus.

Eſt Sp. Vini rectificatus, à Succino pulveriſato abſtractus.

Sp. Vini Tartariſatus.

Rectificatur à Sale Tratari.

Sp. Viperarum, & Sal. Volat.

Deſtillatur ex Viperis ſiccis. uti Sp. C. C.

Sp. Vitrioli.

Prodit unâ cum Phlegmate, in deſtillatione Ol i Vitrioli, à quibus in rectificatione poſtea ſeparatur.

Sp. Vitrioli eſſentific.

Vide Clyſſus Vitrioli.

Sp. Vitrioli Martis.

Deſtillatur l. a. ex Vitrioli Martis calcinato, uti Sp. Vitrioli communis.

Sp. Vitrioli Philoſoph.

Fit ex Aquâ cum quâ Mercurius vitæ præcipitatus fuit, quæ, ad tertias evaporata rectificatur.

Sp. Vitrioli Tartariſatus.

Sumimus Tartari ad nigredinem calcinati ℔i. Vitrioli ungarici ad Albedinem calcinati ℔ij. miſcemus & Sp. Vini irroramus, tunc Retortæ indita ſ. a. deſtillamus & rectificamus.

Sp. urinæ.

Urina per ſe fermentata, in Spiritum, uti ſp. C. C. rectificatur.

Stypticum Regis.

Diſſolvimus ℔xxv. Vitrioli, filtramus, &

& affundimus ſp. aceti ℔i. ſubſidentiâ factâ, liquòrem à pulvere præcipitato decantamus, eumq; ad dulcedinem abluimus, & ſiccamus. poſtea huic Retortæ indito, affundimus Olei Vitrioli ℔ß. quod ad ſiccitatem inde deſtillamus ſ. a. pulverem relictum cum ſ. q. ſp. Vini digerimus, filtramus calide, & ſp. Vini abſtrahimus, remanebit in fundo Sal cujus ℥i. in ℥iv. Aquæ ope digeſtionis ſolutæ dicitur Stypticum Regis.

Sulphur Antimonii Vomit.

Mirrhidis.
Cyani { majoris. minoris.
Roſarum.
Calendul.
Limonum.
Citrii, ana ℥vj.
Pimpinellæ.
Pentaphylli ana ℥iij.
Aceti vini albi ℔i.
Seminum Portulacæ ℥ij.
Citrii.
Cardui ana ℥ß.
Florum Nymphææ ℥ij.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Violarum.

Tuni-

Tunicæ, ana ℥j.

Spec. Diatr. Sant. ʒvj. Infund. omnia ſimul ritè præp. per dies tres, deinde diſtillentur vitreis organis, adde diſtillatitio liquori.

Terræ Lemniæ,
Sileſiacæ,
Samiæ, ana ʒiß.
Margaritarum cum acido Citrii præparatarum ʒiij.

Affatim miſceantur, & ſimul conſerventur.

Aqua Theriacalis.

℞. Succi Putaminum virid. Nucum Jugland. ℔iv.
Succi Rutæ, ℔iij.
Cardui bened.
Calendulæ.
Meliſſæ, ana ℔ij.
Radicum Petaſit. rec. ℔iß,
Bardanæ, ℔j.
Angelicæ.
Imperatoriæ rec. ana ℔ß.
Fol. Scordii, miv.
Theriacæ Androm. veteris,
Mithridati, ana ℥viij.

Vini Canarini generoſi, ℔xii.
Aceti acerrimi, ℔vj.
Succi Limonum, ℔ij.

Fiat per biduum digeſtio in fimo equino, vel balneo, vaſe optimè clauſo, deinde per arenam diſtillſitio; & hinc inter diſtillandum paretur Extractum Theriacale.

Aqua Bryoniæ Compoſita.

℞. Succi Rad. Bryoniæ, ℔iv.
Fol. Rutæ.
Artemiſiæ, ana ℔ij.
Sab.n.æ ſiccat. miij.
Ma:ricariæ.
Nepetæ.
Pulegii Reg. ana mij.
Ocimi.
Dictamni Cret. ana miß.
Cortic. Aurant. flav. rec. ℥iv.
Myrrhæ, ℥ij.
Caſtorei, ℥j.
Vini generoſi Canarini, ℔xii.

Digerantur per quatriduum vaſe idoneo, mox fiat in B. M. diſtillatio, deinde ſub medium diſtillationis, expreſſio & colatura, & tandem per diſtillationis continuationem

tionem & tincturæ inſpiſſationem, F. Extractum Hyſtericum.

Aqua Imperialis.

℞. Cortic. Citri. ſicc.
Aurantiorum.
Nucis Moſch.
Caryophyl.
Cinnam. ana ℥ii.
Rad. Cyperi.
Ireos Flor.
Calami arom. ana ℥i.
Zedoariæ,
Galangæ,
Zingiberis, ana ℥ß.
Summitatum Lavendulæ.
Roriſmarini, ana mii.
Fol. Lauri.
Majoranæ,
Meliſſæ,
Menthæ,
Salviæ,
Thymi, ana mI.
Flor. Roſarum alb.
Pallid. rec. ana mß.
Aquæ Roſarum ℔iv.
Vini albi optimi, ℔viii.

Contuſis contundendis, infundantur o‑mnia per viginti quatuor horas, tandem diſtilla, ut artis eſt.

Aqua Mirabilis.

℞. Caryophyllorum,
Galangæ,
Cubebarum,
Macis,
Cardamomi,
Nuc-Moſch.
Zingiberis, ana ℥i.
Succi Chelidonii, ℔ß.
Spiritûs vini, ℔i.
Vini albi, ℔iii.
Iufund. viginti quatuor horas, & diſtillentur per Alemb. duæ libræ.

Aqua Protheriacalis.

℞. Fol. Scordii,
Scabioſæ,
Cardu bened.
Galegæ, ana mii.
Cortic. Citri,
Aurant. ſicc. ana ℥ii.
Sem. Citri,
Cardui ben.

Seſe-

Seſeleos,
Thlaſpios, ana ℥i.
Florum Candulæ,
Anthos, ana mi.
Incidenda incidantur, & contundenda contundantur craſſiuſculè, deinde cum vini albi meraci libris quat. & aquæ Cardui bened. libris duabus, in vas vitreum immitantur benè obturatum. ut per duas hebdomadas inſolentur; vel in hypocauſto per aliqvot dies macerentur, factâ agitatione frequenti. Tum demum in B. M diſtillentur, ita ut libræ duæ priores exſtillatæ per ſe ſeparatim uſui reſerventur. Quæ verò poſtea per deſtillationem effluit aqua, itidem per ſe uſui aſſeretur; tum denique ſingulis libris admiſce, Julapii Alexandrini ℥j, aq. Cinnam, ochl, unum.

Aqva Caponis.

℞. Caponem eviſceratum, atqve in fruſta inciſum; demptâ pingvedine, decoque in ſuffic. quantitate aq. font. clauſo vaſe. ℞. Brodii expreſſi ℔iii.

Aquæ

Aqvæ Borraginis,
Violarum, an ℔iß.
Vini albi ℔i.
Flor. Roſ. rub. ʒiiß,
Violarum,
Borraginis,
Bugloſſæ, ana ʒi.
Micarum panis è furno calentis, ℔ß.
Cinnamomi confracti, ℥ß. diſtillentur in alembico vitreo ſecundum artem.

Aqua Limacum Magiſtr.

℞. Succorum Hederæ terr,
Tuſſilaginis,
Scabioſæ,
Pulmonariæ maculoſæ, an ℔iß,
Portulacæ.
Plantag.
Ambroſiæ.
Veronicæ, ana ℔i.
Sangvinis porcini rec.
Vini albi, an ℔iv.
Limacum hortenſ incíſ. ℔ii.
Fol. Nicotianæ ſicc. Num. viij.
Rad. Glycyr. pulv. ℥ii.
Enulæ camp. ℥ß,
Ireos Flor. ℥i.

Sem.

Sem. Bombacis, ℥iß,
Frigidorum maj,
Aniſi, ana ʒvi.
Croci, ʒi.
Florum Roſarum rub. p. vi,
Violarum,
Borrag. ana p. iv.

Macerentur per triduum tepidè; deſtillentur deinde vitreis organis calore cinerum ad ſiccitatem.

Aqva Scordii Compoſitæ.

℞. Succor. Galegæ.
Acetoſæ,
Scordii,
Citri, ana ℔j.

Theriacæ Lond. ℔ß. Macerentur per triduum, & diſtillentur alembico vitreo ad cinerum calorem.

Aqua Mariæ.

℞. Sacchari candi, ℔i.
Vinum Canarini, ℥vi.
Aquæ Roſ. ℥iv.

Fiat Syrupus benè coctus, adde
Aquæ Imperialis, ℔ii.
Ambræ griſ.
Moſchi, ana gr. xviii.
Croci, gr. xv.

San-

Santali citr. in aq. Imperiali infuſi, ʒ
Fat Aqua depurata.

Aqua Papaueris Compoſita.

℞. Florum Papav. Rhæados, ℔iv. irr
rentur cum vini albi ℔il. deind
diſtillentur communibus organis.

Aqua diſtillata cohobetur ſuper re
centes flores, idque ter reperatur. Cuiqu
aquæ diſtillatæ ℔j. addantur. Nuc Moſch
inciſ. No. ij. Flor. Papav. Rhæad. pug. i
ſacchari albi ℥ij. Inſolentur ad gratan
aciditatem. Si quando aciditas inte
ſervandum debito major evadat, retun-
di poteſt mixturâ ejusdem aqvæ non in-
ſolatæ, cui ſaccharum non admiſcetur,
quæ non aceſcit, ſaltem non adeò facilè.

Aqua Juglandium Compoſita.

Rec. Putaminum virid. Nucum Jugland.
℔iß.
Rad. Raphani hort. ℔j.
Fol. Aſari virid. ℥vj.
Sem. Raphani, ℥iv.

Contuſis affundantur aceti vini albi ℔iij.
digerantur ſimul per triduum, & diſtillen-
tur in plumbeis organis ad ſiccitatem.

TIN-

TINCTURÆ.

Tinctura Croci.

Croci opt. ℥ij Aquæ Theriacalis ſtill. ℥viij. digerantur per dies ſex, reſervando colaturam.

Tinctura Caſtorei.

Caſtorei pulv. ℥ß Spiritus Caſtorei ℔ß. Digerantur ſimul per dies decem in frigido. Colatura ſervetur pro tinctura Caſtorei.

Tinctura fragorum.

Fragorum ſylveſtrium maturorum, ℔ij. in Phiola conveniente repoſitis affunde ſpir. vini tenuis, q. ſ. ut digitis quatuor transverſis cooperiantur fraga: vaſe probè clauſo macerentur ad Solis calorem per biduum, deinde fiat colatura cum levi expreſſione. Idem ſpiritus affundatur recentibus fragis, prædictâ ratione ſexies opus repetendo, liquor à reſidentiâ depuratus reſervetur.

Tinctura Scordii.

Fol. Scordii ſelectiſſimor, ſereno tempore collect, ℔ß. Spiri-

Spiritus vini tenuioris, ℔vj. dige-
tur in vaſe conv. obturato per tridu-
Fiat levis expreſſio, & infuſio repe-
cum foliis rec. ad tertiam vicem. Liq-
per reſidentiam depuratus ſervetur
uſum: Sic fieri poteſt.

Tinctura { *Chelidonii.* / *Ononidis* / *Roris Solis, &c.*

Tinctura Theriacalis.

Vulgó,

Aqua Theriacalis Lugd. per infuſ.

℞. Vini Cretici, vel Canarini opt. aliqu-
ties diſtillati,
Aceti acerrimi, in quo ſeminis rutæ
muncia incocta fuerit, ℔ij,
Theriacæ electæ.
Mithridatii opt. ana ℔ß.
Miſce, ac inſolentur, vel hypocauſti, au
balnei calore digerantur, & aqua colat
ſervetur uſui.

Tinctura Cinnamomi.

vulgò,

Aqua Clareta Cinnam.

℞. Cinnam. contuſi, ℥ij. Spiritûs vin
rectif. ℔..

Fia

t infuſio per quatriduum vaſe ampſo, ere & veſicâ clauſo, bis terve in dies tando, ſeorſim verò diſſolvatut ℔ß. chari cand. in ℔ij. Aquæ Roſ. Miſce umque liquorem, & indatur nodulus ntinens Ambræ griſeæ ℈ß.
Moſchi, gr. iv.

Tinctura viridis.

c Æruginis æris, ℥ß.
Auripigmenti, ʒvj.
Aluminis, ʒiij.
quantur in vini albi libra una, ad conſ. nid poſt frigefactionem adde
Aquar Roſ. rub.
Solani, ana ℥vj.
Huic affinis addi poteſt.

Aqua Aluminoſa Magiſtralis.

c. Aquæ Plantag.
Roſ. rub. ana ℔j.
Alumin Rochæ.
Sublimati, ana ʒij.
rantur Alum. & ſublimatum, bulliant ul cum Aquis in vaſe vitreo orificii guſtioris, ad conſumptionem medie- is. Poſt reſidentiam quinque dierum, colatura clara.

VINA

VINA MEDICAT

Vini Abſinthites.

Rec. Abſinthii ſicci manip. pro unoquo vini congio, immittatur in vas b obturatum, & ſic maneat in infuſio

Eodem modo parantur

Vinum { *Anthoſatum,*
Euphragiatum, &c.

Vinum Ceraſorum nigrorum.

Rec. Succi Ceraſ. nigr. Congium unu ſervetur, in vaſe clauſo, donec ferme tari incipiat, tum filtro depuretut, adjectâ ſacchari albi unciâ unâ unamquamque libram, per manica Hipp. trajiciatur, & in lagenis optir obturatis ſervetur ad uſum.

Vinum Helleboratum.

Rec. Hellebori albi minutim inciſi ℥iv.
Vini Hiſpanici opt. ℔ij.

Macerentur ſimul in phiolâ conv. opt mè obturatâ ad Solis calorem per di caniculares, vel alios æſtivos.

Vinum Rubellum,

Rec. Vitri Antim. pulv. ℥j. Cary

Caryophyll. inciſ. ℥ij.
Vini Clareti ſive rubolli, ℔ij.
[S]ervent[ur] in Phiola benè clauſa.

Vinum Benedictum.

[R]c. Croci metall. pulv. ℥j.
Macis, ʒj.
Vini Hiſpan. ℔iß. macerentur.

Vinum Antimoniale.

[R]c. Reguli Antimonii pulv. ℥iv. Vini albi opt. ℔iij. Macerentur ſimul in vaſe obturato, poſt primam agitationem permittendo reſidere regulum.

Vinum Scilliticum.

[R]. Scillæ albæ montanæ circa canis exortum collectæ, in laminas conciſæ, & per menſem exſiccatæ, libram unam. Mitte in vitreum vas, & ſuperinfunde vini albi veteris Gallici libras octo. Macerentur per quadraginta dies, deinde Scilla eximatur.

[A]CETA MEDICATA.

Acetum Diſtillatum.

[R]c. Aceti odtimi quantum ſufficit; imple alembicum vitreum, vel lapideum, ad ter-

tertiam tantùm partem; imponat vas ſuper cineres, & deſtilletur prim lento igne, ut phlegma ſeparetur; de inde, ſenſim ignem augendo, fortio abſolvatur opus.

Acetum Roſaceum.

℞. Roſ. rub. mediæ maturit. ſereno cœl collect. exungulatarum, & in umbr per triduum vel quatriduum, ut exſic centur, expanſarum, libram unam Aceti, ſextarios octo. Inſolentur die bus quadraginta, deinde coletur Ace tum: repetatur infuſio cum Roſis re centibus.

Acetum Sambucinum, Anthoſatum, Caryophyllatum.
&c.

Eodem modo præparantur.

Acetum Scilliticum.

℞ Scillæ laminæ inter externum corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ, & in ta leolas ſectæ; Soli, aut remiſſo calor exponantur per triginta aut quadra ginta dias; dein libra una minutim in ciſa

ciſa (cultro è candidiore ligno, aut eburneo parato) in lagenam demittatur, optimi Aceti libris ſex affuſis: Vaſculum ritè obturatum (nè quid exhalet) exponatur æſtivo tempore radiis ſolaribus triginta vel quadraginta dies: poſtea aperto vaſe totum tranſcoletur, & lagenis diligenter occluſis adſervetur.

Acetum Theriacale.

Norimberg.

℞. Rad. Chelidonii maj. ℥iß.
Angelicæ,
Oſtrutii,
Gentianæ,
Biſtortæ,
Valerianæ.
Pimpinellæ,
Dictamni albi,
Helenii,
Zedoariæ, ana ℥j.
Plantag. maj. ℥iß.
Fol. Piloſellæ,
Salviæ,
Scabioſæ,
Scordii,

Dictamni Cret.
Cardui bened. ana mß.
Cortic. & Sem. Citri ana ℥iß.
Boli Armenæ, ℥j.
Croci, ℥iij.
Cornu Cerv. ℥iß.

Ex his, Crocus, Cornu Cerv. Dictamnus & Bolus in linteo ligentur, ac macerentur unà cum præſcriptis, in libris quinque aceti accerrimi per plures dies in vaſe vitreo benè clauſo ad temperatum calorem.

In colatura diſſolve
Theriacæ optimæ ℥vj.

Sæpius conquaſſentur, & ſerventur uſui.

Acetum Thericale.

Adde Aquæ Thericalis (in propriâ ſectione deſcriptæ) magmati, Flor. Caryophyllorum ℥ij. Lavendulæ ℥iß. atque affundantur aceti Roſ. & Sambucini acerrimi, ana ℔iv. fiatque ſine ebullitione digeſtio in fimo per octiduum, mox per manicam Hip. colatura.

D E C O C T A.

Decoctum Commune pro Clyſtere.

℞. Fol. Malvæ, Vio-

Violariæ,
Parietariæ,
Betæ.
Mercurialis,
Fl. Chamæm. ana mj.
Sem. Fœnic. dulcis. ℥ß.
Lini, ʒij.
Coq. in aq. communi, q. ſ. ad ℔j.

Decoctum Epithymi.

℞. Myrobal. Cheb.
Indar. ana ℥ß.
Stœch. Arab.
Uvarum paſſ. enucl.
Fol. Ephithymi.
Sennæ, ana ℥j.
Fumiterræ, ℥ß.
Eupatorii, ʒv.
Rad. Polyp. q. ʒvj.
Turpeti, ℥ß.
Seri lactis caprini, vel vaccini, ℔iv.
Bulliant omnia ſimul præter Epithymum ad ℔ij. tum adde Epithymum, & fervefac ſemel: tolle ab igne, & adde
Rad. Helleb. nigr. ʒiß.
Agarici, ʒß.
Salis gem. ʒiß.

Macerentur per decem horas, & factâ expreſſione validâ, colentur.

Decoctum Sennæ Geronis.

℞. Fol. Sennæ, ℥ij.
Rad. Polyp. q. ℥ß.
Zinzib. ʒj.
Uvarum Paſ. enucl. ℥ij.
Sebeſten.
Prunorum, ana N. xij.
Florum Borrag.
Viol.
Roſ. rubr.
Anthûs, ana ʒij.
Coq. in aq. font. lib. quatuor, ad conſumptionem dimid. ſ. a.

Decoctum Pectorale,

℞. Uvar. Paſ. enucl. ℥j.
Sebeſten.
Jujubarum, ana N. xv.
Dactyl. N. vj.
Caricarum ping. N. iv.
Hordei mund. ℥j.
Glycyr. ℥ß.
Fol. Capil. Ven.
Hyſſopi,
Scabioſæ,

Tuſſi-

Tuſſilag. an. mj.

Coq. in aq. font. lib. tribus ad tertiæ partis abſumptionem.

Decoctum Traumaticum.

℞. Folior. Agrimoniæ,
Artemiſæ.
Angelicæ ſylveſtris,
Hyperici,
Piloſellæ, ana mij.
Abſinthii com. mß.
Abrotani,
Betonicæ,
Bugulæ,
Conſo- { majoris,
lidæ { minoris, cum Rad.
Caryophyllatæ,
Plantaginis utriusque,
Saniculæ,
Tormentillæ cum Radic.
Germinum Rubi Idæi,
Quercûs, an mj.

Omnia Majo menſe vel Junio collecta diligenter exſiccentur, incidantur, reponantur ſimul in ſacculis coriaceis, vel chartaceis. Uſus tempore,

Rec Herbarum prædict. manip. tres. Coquantur in Aquæ

Aquæ font. ℔iv.
Vini albi ℔ij.

lento igne ad conſ. dim. f. colatura, quæ, adjectâ Mellis opt. librâ unâ, deſpumetur & ſervetur ad uſum.

SYRUPI.

SYRUPI ALTERANTES.

Syrupus de Abſinthio Simplex.

℞. Succi abſinthii communis depurati.
Sacchari clarificati ana ℔iv.

Fiat Syrupus ſecundùm artem.

Eodem modo parentur Syrupi Simplices.

ex ſucco {
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſi.
Cardui bened.
Chamæmeli.
Cichorii.
Endiviæ.
Eryſimi.
Fragorum.
Fumariæ.
Hederæ terreſtris.
Hyperici.
Lupuli.
Mercurialis.

Pilo-

Piloſellæ recentium ſummitatum.
Plantaginis.
Pomorum.
Portulacæ.
Rubi idæi.
Salviæ.
Scabioſæ.
Scordii.
Semper vivi.
Tuſſilaginis.
Veronicæ.

Similiter ex reliquis ſuccis non acidis.

Syrupus de Abſinthio Compoſitus.

℞. Abſinthii vulgaris mediocriter ſicci ℔ß.
Roſarum rub. ℥ij.
Spicæ Indicæ ʒiij.
Vini albi antiqui generoſi,
Succi Cydoniorum an. ℔iiß.

Macerentur integro die in vaſe fictili; cum leviter coquantur, & colentur; additisque Sacchari libris duabus, fiat Syrupus ſecundum artem.

Syrupus Acetoſus Simplex.

℞. Aquæ puriſſimæ ℔iv.

Sachari albi ℔v.

Coctione lentâ in vaſe vitreato, fiat aquæ ad medias exhalatio, cum deſpumatione & clarificatione debitâ; affuſisque paulatim Aceti vini albi ℔ij. perficiatur Syrupus.

Syrupus Acetoſus Simplicior.

℞. Sacchari albi ℔v.
Aceti vini albi ℔ij.

Liquatione in Balneo aquæ ferventis, fiat Syrupus ſ. a.

Syrupus Acetoſus Compoſitus.

℞. Radic. Apii,
Fœniculi.
Endiviæ an. ℥iij.
Sem. Aniſi,
Apii,
Fœniculi, ana ℥j.
Endiviæ, ℥ß.
Aquæ limpidiſs. ℔vj.

Fiat lenta, in vaſe fictili, coctio ad aquæ dimidium; hinc colatura: & Sacchari libris tribus impoſitis, clarificatio: additaque Aceti vini albi ℔iß. coque in Syrumpum.

Syrupus de Agno Caſto.

℞. Sem, Rutæ. Canna-

Cannabis an ʒß.
Endiviæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Cucurbitæ,
Melonum ana ʒ'j.
Pſyllii ℥ß.
Agni caſti ℥iv.
Florum Nenupharis,
Foliorum Menthæ ana mß.
Decocti, ex Lentium & ſem.
Coriandri ana ſemuncia, ℔ij.
Simul coque lento igne ad exhalationem ℔ij. & colato reſiduo adde ſucci limonum ℥ij.
Sacchari albi ℔iß.
Fiat Syrupus ſecundùm artem.

Syrupus de Althæa.

℞. Rad. Althææ, ʒij.
Rad. Graminis,
Aſparagi,
Glycyrrhizæ mundatæ,
Uvarum paſſar. enucleatarum ana ℥ß.
Cymarum Althææ,
Malvæ,
Helxines ſive Parietariæ,

Pimpinellæ, Saxifragiæ,
Plantaginis,
Adianthi albi & nigri ana mj.
Cicerum rubrorum ℥j.
Quatuor ſem. frigid. Majorum & Minorum ana ʒiij.

Incoquantur Aquæ limpidæ ℔vj. dum quatuor ſuperſint; quibus colatis impone Sacchari albi ℔iv. & conſiat Syrupus f. a.

Syrupus de Ammoniaco.

℞. Agerati,
Ceterach ana miv.
Abſinthii vulgaris ℥j.
Rad. Cichorei.
Aſparagi.
Cortic. Rad. Capparum ana ℥ij. Fiat omnium, poſt debitam præparationem, infuſio per horas 24.
in Vini albi ℥iij.
Aquæ Raphani,
Fumar. an. ℔ij.

Dein bulliant ad ℔j. & ℥viij. & clarificetur colatura per ſubſidentiam: In cujus adhuc tepentis ℥iv. ſolve ſeorſim.

Gummi

Gummi Ammoniaci, priùs in aceto vini albi acerrimo ſoluti, ℥ij.
Reliquum coquatur cum Sacchari albiſſimi ℔iß. in Syrupum, injectâ ex Gummi miſturâ ſub finem.

Syrupus de Artemiſia.

℞. Artemiſiæ mij,
Pulegii,
Calaminthæ,
Origani,
Meliſſæ,
Perſiacariæ.
Dictamni Cretici.
Sabinæ,
Majoranæ,
Cchamædryos,
Hyperici,
Chamæpityos,
Matricariæ cum flore,
Centaurii minoris,
Rutæ,
Betonicæ.
Bugloſſi ana mj.
Rad. Fœniculi.
Apii,
Petroſelini,

 Aſpara-

Aſparagi,
Ruſci,
Saxifragiæ,
Enulæ,
Cyperi,
Rubiæ Tinctorum,
Ireos,
Pœoniæ ana ℥j.
Baccarum Juniperi,
Sem. Leviſtici,
Petroſelini.
Apii,
Aniſi,
Nigellæ,
Carpo balſami, ſive Cubebarum,
Coſti veri,
Caſſiæ ligneæ,
Cardamomi,
Calami aromatici,
Rad. Aſari,
Pyrethri,
Phu, ana ℥ß.

Mundata, conciſa & trita perfundantur, 24. horas Aquæ limpidæ libris quatuordecim. Decoquantur poſtea ad medias, & igni ablata, manibus, de-

cocto

coꝺo tepente; confricentur Colaturæ terminimum repetitæaddantur
Mellis,
Sacchari ana ℔ij.
Aceti acris ℥iv.
Confiat Syrupus ſecundum artem aromatizandus.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi ana ℥iij.

Syrupus de Betonica Compoſitus.

Rec. Betonicæ mij.
Majoranæ miß.
Thymi,
Roſarum rubrarum ana mj.
Violarum,
Stœchados,
Salviæ ana mß.
Sem. Fœniculi,
Aniſi,
Ammeos ana ℥ß.
Rad. Pæoniæ,
Polypodii,
Fœniculi ana ʒv.
Fiat decoctio in Aquæ fluvialis libris ſex ad trium evaporationem.
Colaturæ adde

Succi Betonicæ ℔ij.
Sacchari ℔iijß

Fiat Syrupus ſecundùm Methodum.

Syrupus Byzantinus Simplex.

℞. Succi folior. Endiviæ,
Apii, ana ℔ij.
Lupulor.
Bugloſſ. ana ℔j.

Ferveant ſimul, & ſpumâ ablatâ depurentur.

Depurato liquori ad ℔iv. adde Sacchari albiſs. tantundem; lentoque igne percoquantur in ſyrupum.

Syrupus Byzantinus Compoſitus.

℞. Succorum, omnimodè ut ſuprà, ℔iv.
His incoque
Roſ. rubr. ℥ij.
Glycyrrh. recentis raſæ ℥ß.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Apii, ana ʒiij.
Spicæ Nardi, ʒij

Colaturæ libras tres auge
Aceti ℔ij. &
Sacchari ℔iv. admiſtis, Fiat Syrupus ſecundùm artem.

Syru-

Syrupus Botryos.

Rec. Herbar. Botryos,
Eryſimi,
Urticæ an. mij.
Tuſſilaginis miß.

Coque in aquæ limpidiſſ. q. ſ. ad Medias: Colaturæ ℔ij. adde ſucci expreſſi raporum, clauſo vaſe in furno coctorum ℔j. ſacchari albiſs. ℔iij. Claificata coquantur in ſyrupum.

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. Glycyrrhizæ ℥ij.
Capillor. Veneris ℥v.

Macerentur, diem naturalem in aquæ fontanæ tepidæ ℔iv. Dein, poſt levem & lentam coctionem, validè exprimantur; & cum ſacchari clarificati ℔iß. fiat ſyrupus ſ. a.

Syrupus Cardiacus vel *Julepum Cardiacum.*

℞. Vini generoſi Rhenani ℔ij.
Aquæ Roſac. ℥iiß.
Caryophyll. ℈ij.
Cinnamomi ʒß.
Zingiberis ℈ij.
Sacchari optimi ℥iijß.

Deco-

Decoquantur ad conſiſtentiam Julepi: poſtea addantur

Ambræ griſ. gr. iij.

Moſchi gr. *j.*

Syrupus Infuſionis Florum Caryophyllorum.

℞. Florum Caryophyllorum, præciſis unguibus ℔j.

Totam noctem perfundantur Aquæ fontanæ ℔ij. Dein cum Sacchari albiſſimi in colatura ad Balnei calorẽ liquati ℔iv. fiat absque coctione Syrupus ſecundum artẽ.

Syrupus de Cinnamomo.

℞. Cinnamomi citra pulverem contuſi ℥iv.

Maceretur in vini albi & aquæ Cinnamomi tenuioris & lacteſcentis ana ℔ß per triduum in vaſe vitreo ad lenem calorem.

Colaturæ injice Sacchari albiſſ. ℔iß. & lentâ coctione fiat Syrupus ſ. a.

Huic convenienter, ſed cum ſolo vino albo, parare licet ſyrupos

ex { Seminibus Aniſi.
Fœniculi dulcis.
Caryophyllis aromaticis.
Nucibus Moſchatis.
Zingibere, &c.

Syru-

Syrupus Acetoſitatis Citriorum.

℞. Succi Malorum Citriorum ſine expreſſione colati, & per ſubſidentiam depurati ℔j.
Sacchari albiſſ. ℔ij.

Fiat ſyrupus, ut ſuprà, ex infuſione flor. Cayophyllorum.

Similiter conficiantur ſyrupi.

ex { Agreſta.
Aurantiis.
Berberibus.
Ceraſis.
Cydoniis.
Limonibus.
Lujula.
Moris.
Oxalide.
Ribe, & ex reliquis ſuccis acidis clarificatis. }

Syrupus Corticum Citriorum.

℞. Flavedinis Corticum Citriorum maturorum & recentium ℥v.
Granorum Kermes, vel eorum ſucci advectitii ʒij
Aquæ fontanæ ℔iv.

Mace-

Macerata per noctem coquantur, ablatâ interim ſpumâ, ad medias.
Ex colatura, cum ſacchari albiſſimi ℔ij ß fiat ſyrupus ſ.a. cujus dimidium careat Moſcho: reliquum, involutis in ſindone innatante Moſchi gr.iij. aromatizetur.

Syrupus è Corallis Simplex.

℞. Corallii rubicundiſs. tenuiſſimè pulverati ℥iv.
Calore Balnei diſſolvantur in ſucci Berberum depuratiſſ. ℔j. in Matracio vitreo ſubere vel cera arctè clauſo, Factâ per triduum vel quatriduum ejuſmodi digeſtione, quod ſolutum fuerit, effundendum eſt, novuſque ſuccus depuratus ut priùs affundendus: de reliquo procedatur etiam ut antè, toties repetendo, donec ſolutum fuerit Corallium, nihilque in eo ſuperſit, quò ſuccus Berberum acidus ulteriùs imbuatur; ultimò, ſucci hujus Colati ℔j. adde Sacchari ℔iß. & in ſyrupum leviter decoque.

Syrupus è Coralliis Compoſitus.

℞. Corallii rubicundiſſ. ℥vj.

Subti-

Subtiliſſimè pulverato ſuper Porphyrite, cum pauca Aqua Roſarum, adde
Succi depurati Limonum, in B. M. à phlegmate liberati ℥xvj.
Succi depurati Berberum ℥viij.
Aceti vini albi acerrimi.
Succi limpidiſs. Lujulæ, ana ℥vj.
Miſta conjciantur in Phialam vitream, ſubere & veſica bubula claudendam, in dieſque agitandam, donec octo dierum Digeſtio in Balneo vel fimo equino peracta ſit; tum fiat per chartam emporeticam colatura, de qua cape ℔iß.
Succi puriſs. Cydoniorum ℔ß.
Sacchari roſati ℥xij.
Miſce; fiat ſyrupus ſ. a. in balneo; additisque ſyrupi Florum Vetonicæ rubræ ℥xvj. ſervetur in uſum: omiſſo nodulo ex Ambræ griſeæ ʒß. Moſchi orientalis gr. v. donec Medicus imperaverit.

Syrupus Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum defæcati ℔vj.
Lentè coque ad medias, & ſenſim deſpuma: additisque
Vini rubri aſtrigentis ℔iij.
Sacchari albi ℔iv. percoquantur in ſyrupum, condiendum. Cinna-

Cinnamomi ʒiß.
Caryophyllorum.
Zingiberis ana ℈ij.

Syrupus de Eryſimo.

℞. Eryſimi totius recentis mvj.
Radic. Helenii.
Tuſſilaginis etiamnum ſuccô prægnantium;
Glycyrrhizæ ana ℥ij.
Herb. Borraginis,
Cichorei,
Capill. Veneris ana miß.
Florum Cordialium.
Roſmarini,
Betonicæ ana mß.
Sem. Aniſi ℥ß.
Paſſarum mundatarum ℥ij.
Parata omnia ſ. a. coquantur in aquæ hordei & Hydromel. ana q. ſ. cum ſucci Eryſimi ℥vj. ad ℔iß. Expreſſo adde
Sacchari puriſs. ℔iij.
Fiat Syrupus ſecundùm Artem.

Syrupus de Fumaria.

℞. Herb. Endiviæ.
Abſinthii vulgaris,
Lupulorum,

Caſſu-

Caſſuthæ,
Scolopendrii ana mj.
Epithymi ℥iß.
oquantur in aquæ ℔iv. ad medias. Co-
ıtis adde
Succi Fumariæ expurgati ℔iß.
Borraginis,
Bugloſſi, ana ℔ß.
Sacchari albi ℔iv.
iat ſyrupus ſecundùm Artem.

Syrupus de Glycyrrhiza.

Glycyrrhizæ recentis raſæ & contu-
ſæ ℥ij.
Adianthi albi, ſive Polytrichi ℥i.
Hyſſopi ſicci ℥ß.
His macerandis affunde aquæ ferven-
s ℔iv. & poſt viginti quatuor horas, co-
ue ad medietatem. Colatura expreſſa
arificetur, & cum
Mellis optimi,
Penidiorum,
Sacchari puriſſ. ana ℥viij.
oquantur in ſyrupum ſ. a. augendum,
ıte perfectam coctionem
Aquæ Roſarum rub. ſtillat. ℥vj.

Syrupus Granatorum cum Aceto.
Vulgò, *Oxy-*

Oxyſccharum ſimplex.

℞. Sacchari albi ℔iß.
Succi Malorum Granatorum ℥viij.
Aceti vini albi ℥iv.
Coquantur lentè in ſyrupum.

Syrupus de Hyſſopo.

℞. Aquæ fontanæ ℔viii.
Hordei mundati ℥ß.
Coquantur horam circiter dimidiam.
Deinde injiciantur
Rad. Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ, inciſarum ana ʒx.
Jubebarum.
Sebeſten ana patia xv.
Paſſularum mundatarum ℥iß.
Ficus,
Dactyli pingues ana No. x.
Sem. Malvæ,
Cydoniorum,
Gum. Tragacanthæ linteo raro incluſorum, ana ʒiii.
Hyſſopi mediocriter ſicci ʒx.
Capillorum Veneris ʒvi.
Elixentur ſimul; ſic tamen, ut qundrantis

tis horæ intervallo. Radices Fructibus; Fructus ſeminibus; Semina Herbis præcedant. Tandem, quinque libris Aquæ deſideratis aut abſumptis, adde reliquis tribus (colatis priùs & clarificatis.)

Sacchari optimi ℔iiß. percoque in ſyrupum.

Syrupus Ivæ Arthriticæ.
ſive
Chamæpityos.

Rec. Herb. Chamæpityos mii.
Salviæ,
Roriſmarini,
Polii montani,
Origani,
Calaminthæ,
Mentaſtri,
Pulegii,
Hyſſopi,
Thymi,
Rutæ ſativæ & ſylveſtris.
Betonicæ,
Serpylli ana mj.
ad. Acori,
Ariſtolochiæ { Longæ, Rotundæ,

Bryo-

Bryoniæ,
Dictamni,
Gentianæ,
Peucedani,
Phu ana ℥ß.
Apii,
Aſparagi,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci ana ℥i.
Pyrethri ℥iß.
Stœchados,
Sem. Aniſi,
Ammeos,
Carvi,
Fœniculi,
Liguſtici,
Seſeleos ana ʒiii.
Paſſarum uvarum ℥ii.
Elixentur in aquæ ℔x. ad quatuor, qu(
ritè peracto, adde
Mellis.
Sacchari præſtantiſs. ana ℔ij.
Fiat ſyrupus ſ. a. aromatizandus
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ,

Cube.

Cubebarum ana ℨiii.

Syrupus Jujubinus.

℞. Jujubas No. lx.
Violarum ℥v.
Capillor. Veneris,
Glycyrrhizæ raſæ & tuſæ,
Hordei excorticati ana ℥j.
Sem. Malvæ ℥v.
Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Cydoniorum,
Gum. Tragacanth. } in nodulo ſeorſim.
ana ℨiij.
Coquantur in aquæ pluviæ, vel fontanæ
℔vj. ad dimidias.
Colaturæ adde
Sacchari albi ℔ij.
Fiat Syrupus.

Syrupus de Meconio,
ſive
Diacodium.

℞. Capitum Papaveris albi cum ſem. paucos dies poſt lapſos flores collectorum, & domi per triduum ſeparatim ſervatorum ℥viij.

Capitum cum ſeminibus Papaveris nigri (iisdem obſervatis) ℥vj.
Aquæ pluviæ ℔viij.

Maccerentur viginti quatuor horas, Dein calefiant, leviterque exprimatur ſuccus. tum coque ad libras tres, & cum Sacchari ℥xxiv. fiat Syrupus ſecundùm Artem.

Syrupus de Meconio Compoſitus.

℞. Capitum cum ſeminibus Papaveris albi & nigri ana ʒL.
Capillorum Veneris ʒxv.
Jujubas No. xxx.
Sem. Lactucæ ʒxL.
Malvæ & Cydoniorum in linteo raro ligatorum ana ʒiß.
Glycyrrhizæ ʒv,
Aquæ limpidæ ℔viij.
Coque ſ.a & Colaturæ lib. tribus injice,
Penidiorum.
Sacchari ana ℔j.
Fiat ſyrupus.

Syrupus Meliſſophylli.

℞. Corticum radicum Bugloſſi ℥j.
Rad. Dictamni albi.
Pentaphylli,
Scorzoneræ ana ℥ß.

Fol.

Fol. Meliſſophylli,
Scabioſæ,
Succiſæ,
Florum Bugloſſi utriusque,
Roriſmarini ana mj.
Sem. Oxalidis,
Citrii Mali,
Fœniculi,
Cardui benedicti,
Ocymi ana ʒiij.
Coquantur in aquæ libris quatuor ad dimidias. Expreſſo adde
Sacchari albi ℔iij.
Succi Meliſſæ,
Aquæ Roſarum ana ℔ß.
Percoquantur in Syrupum, condiendum
Cinnamomi,
Santali citrini ana ℥ß.

Syrupus de Mentha.

℞. Succi Cydoniorum dulcium, & acidodulcium,
Succi Granatorum dulcium, acidodulcium, & acidorum ana ℔iß.
Menthæ ſiccæ ℔ß.
Roſarum rub. ℥ij.

Miſceri macerarique patere in ſequentem diem: tum coque ad medias, & cola; Saccharoque injecto ad ℔iv. fiat Syrupus ſecundùm Artem, non aromatizandus, niſi Medicus imperaverit.

Syrupus de Mucilaginibus.

℞. Sem. Althææ,
Malvarum,
Cydoniorum ana ℥j.
Gum. Tragacanthæ ʒiij.
Horum perfuſioni ſex horæ concedantur in decocto tepido
Malvarum,
Sem. Papav. albi, &
Granorum Alkekengi.
Tum exprimatur Mucilago ad ℥iß. ex qua, cum decocti prædicti ℥iij. Sacchari albiſſimi ℥ii. fiat Syrupus ſecundùm Artem.

Syrupus Myrtinus.

℞. Baccarum Myrti ℥iiß.
Santali albi & rubri,
Snmach ſive Rhois culinariæ,
Balauſtiorum,
Acinorum Berberorum.
Roſar. rub. ana ℥iß.
Meſpilorum conciſoruw ℔ß.

Con-

Contunde, & coque in aquæ claræ libris octo ad quatuor.

Has cola & adauge

Succi Cydoniorum,

Granatorum acidorum ana ℥vi.

Injecto demum Saccharo ad ℔iij. percoque in ſyrupum.

Syrupus Florum Nymphææ ſimplex.

℞. Partium albiſſimarum florum Nymphææ albæ ℔j.

Sex ſeptemve horis marceſcant in aquæ calidæ libris tribus; dein bulliant parum, & exprimendo colentur. Abjecto magmate, idem denuò injice florum recentium pondo; itemque tertiò, cum pari maceratione, & expreſſione. Colatura noviſſima clarificetur, eiqueSacchari tantundem addendo, fiat Syrupus ſ. a.

Syrupus Fl. Nymphææ compoſitus.

℞. Florum albiſſimor. Nymphææ: recentium ℔ß.

Violarum ℥ij.

Fol. Lactucæ mij.

Sem. Lactucæ,

Portulacæ,

Cucurbitæ ana ℥ß.

Coquantur in aquæ puræ ℔iv. donec una evanuerit.

Expreſſo adde

Aquæ Roſ. rub. ℔ß.

Sacchari albi ℔iv.

Percoquantur in ſyrupum ſ. a.

Syrupus de Papavere Erratico, ſive Rubro.

℞. Florum recentium Papaveris rhæadis ℔ij.

His infunde aquæ fontanæ calentis ℔iv.

Sequenti die cola, & exprime, & in ſyrupum coque cum ſacchari, ad colaturam, pondere æquali.

Syrupus de Piloſella.

℞. Piloſellæ miij.

Rad. Alchimillæ ℥iß.

Conſolidæ majoris,

Rubiæ,

Dictamni albi,

Tormentillæ,

Biſtortæ ana ℥j.

Herb. Pyrolæ,

Caudæ equinæ,

Hederæ terreſtris,

Plantaginis,

Ophio-

Ophiogloſſi,
Fragariæ,
Hypericonis cum floribus,
Virgæ aureæ,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Cariophyllatæ,
Quinquefolii majoris,
Caulium rubr.
Balauſtiorum,
Roſarum rubrarum ana mj.

Coque in Aquæ Plantaginis ℔vj. paulatim ad medias.

Deinde fiat cum forti expreſſione colatura; cui clarificatæ per ſubſidentiã adde

Mucilaginis Gum. Tragacanthæ,
Sem. Pſylli,
Althææ,
Cydoniorum, ſeorſum in aqua Fragiæ & Betonicæ extractæ ana ℥iij.
Sacchari albiſſimi ℔ij.

Simul coque ad melleam conſiſtentiam.

Syrupus Infuſionis Florum Pæoniæ.

Omnimodè paretur ut ſyrupus infuſionis florum Caryophyllorum.

Syrupus de Pœoniæ Compoſitus.

℞. Radicis recentis utriusque Præoniæ plenilunio extractæ, &, poſt diſſectionem in taleolos, in vino albo odorifero, ſpatio integri diei, infuſæ an. ℥iß,
Contrayervæ ℥ß.
Sileris montani ʒvj.
Ungulæ Alcis ℥j.
Herb. Roriſmarini cum floribus mj.
Betonicæ,
Hyſſopi,
Origani,
Ivæ arthriticæ,
Rutæ ana ʒiij.
Ligni Aloës,
Caryophyll. aromaticorum,
Sem. Cardamomi minor. ana ʒij.
Zingiberis,
Spicæ Nardi ana ʒj.
Stœchados,
Nucis Moſchatæ ana ʒiiß.
Coque poſt unius diei tepidam digeſtionem, in aquæ diſtillatæ Radicum Pœoniæ q. ſ. ad ℔iv.
In colaturam, mediante Manicâ, factam injice Sacchari albiſſimi ℔ivß. & percoque in Syrupum.

Syrupus de Pomis alterans.

℞. Succi Malorum odoriferorum ℔iv.
Bugloſſi domeſtici & ſylveſtris,
è foliis Violarum,
Aquæ Roſarum ſtillatitiæ ana ℔j.
Coque ſimul & depura; additisque Sacchari puriſſ. libris ſex. recoque in ſyrupum ſecundùm Artem.

Syrupus de Praſio.

Rec. Praſii albi recentis ℥ij.
Glycyrrhizæ,
Polypodii quercini,
Rad. Apii,
Fœniculi ana ℥ß.
Adianthi albi,
Origani,
Hyſſopi,
Calaminthæ,
Thymi,
Stœbes vel ſcabioſæ,
Satureiæ,
Tuſſilaginis ana ʒvj.
Sem. Aniſi,
Bombacis ana ʒiij.
Uvarum paſſarum exacinatarum ℥ij.
Caricas pingues No. x.

Coquantur in Hydromelitis diluti ℔vij, ad dimidias. Expreſſum ulteriùs coquendum eſt in ſyrupum, cum
Mellis &
Sacchari albi ana ℔ij. & condiendum
Rad. Iridis Florentinæ ℥j.

Syrupus de Quinque Radicibus.

℞ Radic. Apii,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi ana ℥ij.
Aquæ fontanæ ℔vj.

Elixando evaporet pars tertia: ex reliquo, cum Sacchari ℔iij. & Aceti vini albi ℥viij. ſub finem affuſis, conficiatur ſyrupus ſecundùm Artem.

Syrupus Raphani.

℞ Rad. Raphani domeſtici,
Sylveſtris an. ℥j.
Saxifragæ albæ,
Ruſci,
Leviſtici,
Eryngii,
Ononidis,
Petroſelini,
Fœniculi ana ℥ß.

Fol.

Fol. Betonicæ,
Pimpinellæ ſaxifragæ,
Pulegii,
Cymarum urticæ urentis,
Naſturtii aquatici,
Crithmi,
Callithrichi, ſive capill. Veneris ana mj.
Fructum Halicacabi,
Zizyphorum ana paria x.
Sem. Ocimi.
Bardanæ,
Petroſelini Macedonici,
Seſeleos,
Carvi,
Dauci,
Lithoſpermi,
Cort. Rad. Lauri ana ʒii.
Uvarum paſſarum demptis vinaceis, vinaceis.
Glycyrrhizæ ana ℥vj.
Coquantur, ſecundum Methodum, in Aquæ lib. duodecim ad octo.
Colaturæ peractæ admiſceto
Sacchari puri ℔iv.
Mellis albiſſ. ℔ij.

 Fiat

Fiat ſyrupus defæcatus; eidemque condiendo injice fruſtatim

Cinnamomi ℥j.

Nucis Moſchatæ ℥ß.

Syrupus Regius.

aliàs,

Julapium Alexandrinum.

℞. Aquæ Roſarum rubr. ℔iv.

Sacchari albiſſ. ℔j.

Fiat ex Arte Julapium.

Syrupus de Roſis ſiccis.

℞. Aquæ fontanæ vel putealis ℔iv.

Ferveſcat; partitimque in eadem macera,

Fol. Roſarum rub. in Sole celeriter ſiccatarum ℔j.

Poſtero die fiat expreſſio; admiſtisque Sacchari ℔ij.

Fiat coctio in Syrupum ſ. a.

Julepum Roſatum.

Paratur prorſus ut Syrupus Regius, ex Aqua Roſarum pallidarum.

Syrupus Scabioſæ.

℞. Rad. Enulæ Campanæ,

Polypodii quercini ana ℥ij.

Paſſularum majorum enucleatarum ℥j.

Sebe-

Sebeſten No. xx.
Farfaræ,
Pulmonariæ,
Satureiæ,
Calaminthæ ana miß.
Glycyrrhizæ raſæ
Tabaci Hiſpanici optimi ana ℥ß.
Sem. Urticæ urentis.
Bombacis ana ʒiij.

Coquantur omnia, Radicibus duabus primis vino albo pridiè immerſis in q. ſ. aquæ mulſæ, dilutæ, ad uncias octo. Has cola, & ſucci
Scabioſæ depurati unciis quatuor injectis, cum
Sacchari albiſſ. ℥x.
Fiat ſyrupus ſ. a. defæcatus, demumque alterandus
Olei Sulphuris per Campanam gtt. xx.

Syrupus de Scolopendrio.

℞. Scolopendrii miij.
Polypodii è Quercu,
Radic. utriusque Bugloſſi,
Cort. Rad. Capparum,
Tamariſci an. ℥ij.
Lupi ſalictarii,

Caſſuthæ,
Capill. Veneris,
Meliſſophylli ana mij.
Aquæ fontanæ ℔ix.
Coctis ad liquoris ℔v. & colatis adde
Sacchari albi ℔iv.
Fiat Syrupus ſecundùm Artem.

Syrupus de Stœchade.

℞. Florum Stœchados ℥iv.
Roriſmarini ℥ß.
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana ℥iß.
Salviæ,
Betonicæ ana ℥ß.
Sem. Rutæ,
Pœoniæ,
Fœniculi ana ʒiij.
Aquæ fontanæ ℔x.
Igni impoſita coquantur ad dimidias.
Expreſſo liquori addantur
Sacchari puri, &
Mellis ſinceri ana ℔ij.
Fiat ex arte ſyrupus: cui condiendo impendeantur in raro linteo ligatorum
Cinnamomi,

Zingi-

Zingiberis,
Balami odorati, ana ℥ij.

Syrupus de Symphyto.

℞. Rad. & Cymarum
Symphyti majoris,
minoris an. miij.
Roſarum rub.
Betonicæ, Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana mij.

E tuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus; cui (inter coquendum deſpumato, & poſtea colato) ſacchiri tantundem addendum eſt, ut fiat ſyrupus ſecundum Artem.

Syrupus Violarum.

℞. Florum Violarum recentium [mundat. ℔j.
Aquæ puræ ferventis ℔ij.

Arcte claude in Olla invitreata nova per integrum diem: dein exprime per prelum: in Expreſſi ℔ij. diſſolve ad Balnei calorem,
Sacchari puriſs. ℔iv. & ℥iij.

Spuma

Spuma emergens auferatur, fia que ſine coctione ſyrupus ſ. a.

Syrupus è Succo Violarum.

Paratur ex ſucũv expreſſo, cum duplo ad minimum Sacchari. ut prior in Balneo abſque coctione.

Julepum Violarum.

Fit ex aqua Florum Violarum & Saccharo; ſervata, ut in Julepo Roſarum, proportione.

SYRUPI PURGANTES.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro.

℞. Hordei integri,
Rad Apii,
Fœniculi,
Aſparagi ana ℥ij.
Herb. Cichorii,
Taraxici,
Endiviæ,
Cicerbitæ, ſive Sonchi lævis ana mij.
Lactucæ domeſticæ,
Lichenis, ſ. Hepaticæ,

Fuma-

Fumariæ,
Summitatum Lupuli an. mj.
Capill. Veneris,
Adianthi albi, ſeu Rutæ murariæ.
Ceterach, ſeu Aſplenii,
Glycyrrhizæ,
Sem. Alkekengi,
Cuſcutæ ana ʒvj.
His coquendis ſume Aquæ fontanæ ℔xij. quatuorque inſume.
In colata liquore dilue, & coque Sacchari albi ℔vj. additis, ſub finem,
Rhabarbari ℥vj.
Spicæ Nardi ʒvj. unà ligatis in laxo tenuique ſacculo; qui primùm macerandus eſt in calente decocto; & nunc ſæpius exprimendus, ut fiat ſyrupus ſecundùm artem.

Syrupus de Epithymo.

℞. Epithymi ʒxx.
Myrobalanorum { Citrinarum. Indarum an. ʒxv. Emblicarum, Belliricarum,
Rad. Polypodii,
Glycyrrhizæ,

Aga-

Agarici,
Herb. Thymi,
Calaminthæ,
Bugloſſi,
Stœchados ana ℥vj.
Cuſcutæ,
Fumariæ ana ℥x.
Roſarum rub.
Sem. Fœniculi dulcis.
Aniſi ana ℥iiß.
Prunorum dulcium paria x.
Uvarum paſſarum, demptis vinaceis,℥iv
Tamarindorum ℥iiß.
Poſt viginti quatuor horarum maceratio-
nem in aquæ fontanæ ℔x. fiat coctio ac
fex.
Dein remotis ab igne, & expreſsis, adde
Sacchari puri ℔v. &
Fiat ſyrupus ſ. a.

Syrupus è Floribus Perſicorum,

℞. Florum Perſicorum recentium ℔j.
Macerentur toto die in aquæ tepidæ ℔iij.
deinde bulliant parùm, & exprimantur.
Iteretur hoc quinquies in eodem liquore.
Cujus poſtremùm colati ℔iij. admiſce
Sacchari optimi ℔iß. & percoque in
ſyrupum ſ. a. *Syru-*

Syrupus de Pomis purgans.

℞. Succi Pomorum fragrantium ℔ij.
Borraginis,
Buglosſi ana ℔iß.
Foliorum Senæ mundat. ℥ij.
Sem Aniſi ℥ß.
Croci ʒj.

Sena maceranda eſt in ſuccis; elapſisque viginti quatuor horis facienda poſt unam atque alteram ebullitionem colatura.

Huic adde
Sacchari albisſimi ℔ij. & (Nodulo ex præſcripto Croco ſæpius inter coquendum expreſſo) fiat ſyrupus ſecundùm Artem.

Syrupus de Pomis Magiſtralis.

℞. ſucci & Aquæ Pomorum odoriferorum ana ℔iß.
Succi & Aquæ Borraginis & Buglosſi ana ℥ix.
Foliorum Senæ orientalis mundatæ ℔ß.
Sem. Aniſi,
Fœniculi dulcis ana ʒiij.
Epithymi Cretenſis ℥ij.
Agarici albisſimi,

Rhabarb.

Rhabarb. opt. ana ℥ß.
Zingiberis,
Macis ana ℈iv.
Cinnamomi ℈ij.
Croci ʒß.

Rhabarbarum cum Cinnamomo ſeorſi perfunde
Vini albi,
Succi Pomorum ana ℥ij. reliquis, præter Crocum, in ſupra memoratis aquis, u decet, maceratis poſtridiè affunde ſuccos hisque ſimul lento igne deſpumatis colatisque per manicam injice.
Sacchari albisſimi ℔iv.
Tunc coque in Syrupum factâ ſubinde Croci in panno linteo ligati expresſione; additoque tandem Rhei infuſo & ſubſequente levi ebullitione, ut Syrupi modus conſervetur.

Syrupus de Rhabarbaro.

℞. Rhabarb. optimi,
Folior. Senæ ana ℥iiß.
Florum Violarum mj.
Cinnamomi ʒiß.
Zingiberis ʒß.
Aquarum Betonicæ,

Cicho-

Cichorii.
Buglosſi ana ℔iß.
epidè miſceantur totâ nocte.
Colatura matutina decoquatur in Sy-
ipum, cum
Sacchari puri ℔ij.
SyrupiRoſacei ſolutivi,poſtremùm ad-
dendi, ℥iv.

Syrupus Roſaceus Solutivus.

Aquæ fontanæ ferventis ℔iv.
Florum Roſarum Damaſcenarum re-
centium, quanti facilè capax eſt præ-
dicta aqua.
at per horas duodecim, clauſo vaſe,
perfuſio: mox fortis expresſio : in hac
denuo calefactâ nova & æqualis re-
centium Roſarum maceratio.
etur novies, auctâ ſemper qnantitate
Roſarum recentium ad illam liquoris
expresſi, qui ſingulis vicibus ferè tertiâ
parte augetur. Quo peracto ex hujus
Liquoris partibus vj.
Sacchari albisſimi partibus iv.
at Syrupus ſ. a.

Syrupus è Succo Roſarum.

ratur ſine maceratione è ſucco ſolo ex-
preſ-

preſſo foliorum Roſarum Damaſcenarum habitâ ſacchari ad ſuccum (qui depurandus eſt) pari, ut ſuprà, proportione.

Syrupus Roſaceus ſolutivus cum Agarico.

℞. Agarici in partes tenues diſſecti ℥j.
Zingiberis conciſi ʒii.
Salis Gemmæ ʒi.
Polypodii citra pulverem contuſi ℥i

Irrorata vino albo perfundantur, bidu ſuper cineres calidos infuſionis Roſarum Damaſcenarum præſcriptæ ℔iß.

Expreſſo adde
Sacchari ℔j.

Coque in ſyrupum. ſ. a.

Syrupus Roſaceus ſolutivus cum Hellebor

℞. Corticum Myrobalanorum omnium ana ℥iv.

Craſsè contuſa macerentur viginti quatuor horas Infuſionis Roſarum jam dictæ ℔xij.

Flior. Senæ,
Epithymi,
Polypodii quercini ana ℥iv.
Caryophyllorum ℥j.
Sem. Citrii,
Glycyrrhizæ ana ℥iv.

Corti

Corticum Radicum Hellebori nigri ʒvj.
oquendo pars quarta liquoris lentè ex-
ılet. Colato adde
Sacchari deſpumandi prius ℔v.
Rhabarb. in panno raro ligati ʒxvi.
iat ex arte ſyrupus.

Syrupus Roſaceus ſolutivus cum Sena.

. Fol Senæ mundator. ℥vi.
Sem. Carvi,
Fœniculi dulcis ana ʒiij.
onſperſa prius vino albo macerentur
er biduum in Infuſionis toties dictæ Ro-
ır. Damaſceo. ℔iii.
Cola dein, & coque cum Sacchari al-
iſſ. ℔ii. in Syrupum.

Syrupus de Spina Cervina.

ec. Baccarum Spinæ Cervinæ Menſe Se-
ptembri collectarum q. v.
Contundantur in pila lapidea & exprimatur ſuccus.
Succi expreſſi pars quarta primum per ſe evaporet in balneo.
Dein lib. ejus duabus injice
Sccchari prurisſimi ℥xvi.
Coque in Syrupum, quem condias
Maſti-

Maſtiches,
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ.
Sem. Aniſi tenuisſimè pulveratorum ana ℥iii.

MELITA & OXYMELITA.

Mel Anthoſatum.

Rec. Florum Roriſmarini recentium ℔i
Mellis deſpumati in Balneo ℔iii.
Mixta in Olla vitrea vel invitreata oris non valdè patuli inſolentur, & ſerventur ad uſum.

Mel Helleboratum.

Rec. Rad. Hellebori albi ſiccarum & conciſarum ℔i.
Aquæ limpidisſimæ ℔xiv.
Poſt infuſionem triduanam coque paulatim ad medias, factâque diligenti expresſione, recoque in melleam conſiſtentiam cum Mellis albisſimi ℔iii.

Mel Mercuriale.

Rec. Succi Mercurialis ℔iii.
Mellis ℔ii.

Coque

Coque ad Mellis conſiſtentiam.

Mel Mororum.

Vel,

Diamorων.

℞. Succi Mororum Arboris & Fruticis, (aliàs Celſi & Bati) ante maturitatem, & Solis ortum collectorum ana ℔iß. Mellis ℔ii.

Coquantur ſenſim ad debitam conſiſtentiam.

Mel Nuceum.

aliàs,

Diacaryων.

&

Dianucum.

℞. Succi externi Corticis Juglandium, diebus Canicularibus expreſſi, ℔ii.

Coctione lentâ inſpiſſetur, & , immixtâ Mellis libra una, percoquantur ſimul in melleam conſiſtentiam.

Mel Paſſulatum.

℞. Uvarum paſſarum ab acinis purgatarum ℔ii.

Perfunde aquæ calentis ℔vi. ſequente die coque ad Medias, & fortiter ex-

prime. Expreſſum, cum Mellis ℔i. bullire ſinito in Mellis conſiſtentiam.

Mel Roſatum commune.
ſive
Foliatum.

℞. Roſarum rub. nondum penitus apertarum ℔ii.
Mellis optimi ℔vi.
Inſolentur ſecundùm artem.

Mel Roſatum Colatum.

℞. Mellis optimi in Balneo, deſpumati ℔x.
Succi Roſarum rubr. recentium ℔i.
Igni commodè impoſitis & bullire incipientibus injice,
Roſarum rub. recentium (forfice, vel cultro præciſis unguibus) ℔iv.
Succo demum bulliendo & agitando abſumpto fiat Colatura, quæ ſervanda eſt uſui.

Mel Roſatum ſolutivum.

℞. Infuſionis multiplicis Roſarum Damaſcenarum ℔v.
Mellis ritè deſpumati ℔iv.
Coquantur in ſpiſſitudinem melleam.
Simili modo parandum venit Mel Roſarum

ſarum ex Infuſionibus Roſarum rubrarum.

Mel Scilliticum.

℞. Scillam addultam & ſucci plenam No. j.

Tota fruſtatim comminuatur, & in vaſe vitreo, ore arctè clauſo, & toto pelle oblucto quadraginta dies liberè exponatur ſolis radiis, ante ſcilicet & poſt exortum canis, viginti. Tum demum vas aperiatur, ſuccumque in fundo collectum cura optimo melle condiendum.

Mel Violaceum.

Paratur omnino ut Mel Rvſatum.

Oxymel ſimplex.

℞. Mellis optimi ℔iv,
Aquæ limpidiſſimæ,
Aceti vini ana ℔ij.

Coquantur in vaſe fictili, ſpuma jugiter cochleari ligneo foraminulento ablatâ, donec Syrupi liquidioris conſiſtentia acquiratur.

Oxymel Compoſitum.

℞. Corticum Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,

Ruſci,
Aſparagi ana ℥ij.
Sem. Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi ana ℥j.

Macerentur omnia (mundatis priùs & in ciſis radicibus, contuſiſque ſeminibus) i aquæ claræ ℔vj. aceti vini ℔iß. Poſtrid coquantur ad tertiæ partis exhalationem Colato reliquo admiſce Mellis ℔iij. fiat que Syrupus liquidior ſ. a.

Oxymel Helleborátum.

℞. Rutæ,
Thymi capitati,
Dictamni Cretici,
Comarum Hyſſopi,
Pulegii,
Marrhubii,
Cardui benedicti,
Radicularum, Nardi Celticæ ſine foliis
Corticum Sambuci interiorum ana mj
Calaminthæ Cattariæ montanæ p. ij.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Ocimi.

Urti-

Urticæ Romanæ,
Anethi ana ℥ij.
Rad. Angelicæ.
Althææ,
Ari,
Scillæ præparatæ,
Ariſtolochiæ. { Longæ, Rotundæ, Clematitidis, ſeu Sarmentitiæ.
Turpeti,
Iridis noſtratis,
Coſti veri,
Polypodii,
Corticum Limonum ana ℥j.
Hellebori nigri fibrarum integrarum.
Eſulæ,
Agarici, ſub finem decoctionis injiciendi ana ℨij.
Corticum Rad Hellebori albi ℥ß.
Siccata & tuſa omnia digerantur in vitreo vel in vitreato vaſe obturato ad Solis Fornacisve calorem in
Poſcæ (ex aqua & aceto æqualibus) ℔viij.
Sapæ ℥ij.

Exacto demum triduo elixentur paul
citra dimidium, molliterque expr
mendo colentur:

Colato liquori adde
Mellis roſacei (infuſione Corticum C
trii ad ℥ij. imbuti) ℔iß.

Decoquantur in mellem ſpiſſitudinem;
Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ,
Macis ana ʒj. condiantur ſ. a.

Oxymel Julianizans.

℞. Corticum Rad. Capparum.
Rad. Ireos,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Cichorii,
Aſparagi,
Cyperi ana ʒß.
Herb. Scolopendrii,
Schœnanthi,
Tamaricis, ana mß.
Sem. Fœniculi dulcis ℥ß.

Perfundantur, ut ſuprà, Poſcæ paulo acidioris ℔iij. Poſtea

Poſtea coque ad medias,
Ex colatura, cum
Mellis &
Sacchari deſpumati ana ℔ß. fiat ſ. a.
Syrupus mellæ conſiſtentiæ.

Oxymel Scilliticum ſimplex.

℞. Mellis deſpumati ℔iij.
Aceti Scillitici ℔ij.
Coquantur ſ. a.

Oxymel Scilliticum Compoſitum.

℞. Origani,
Hyſſopi ſicci,
Thymi,
Liguſtici,
Cardamomi minoris,
Stœchadis ana ℥v.
Coq; in tribus aquæ libris ad unam.
Colaturæ admiſce
Mellis ℔ii.
Mellis paſſulati ℔ß.
Succi Bryoniæ ℥v.
Aceti Scillitici ℔iß.
Percoque deſpumando ſ. a.

ROB, ſive SAPÆ ET SUCCI.

Rob, ſive Sapa ſimplex.

℞. Vini recenter ex uvis albis generoſis & maturis expreſſi q. v.

Tantiſper coquatur lento igne, dum pars una tantùm de tribus ſuperſit; vel mellis inſtar craſſeſcat.

Rob de Berberis.

℞. Succi Berberorum colati q. v.

Coque ſeorſim; vel cum Sacchari ℔ß. pro ſingulis ſucci libris, ad mellis ſpiſſitudinem.

Rob de Ceraſis.

℞. Succi Ceraſorum rubrorum ſubacidorum q. v.

Sacchari depurati medium pondus,

Coque lento igne, ut ſuprà, ſ. a.

Rob de Cornis.

℞. Succi pulpæ Cornorum ℔ j.

Sacchari optimi ℔ iß.

Coquantur ſ. a.

Rob

Rob Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum depurati q. v.
Lente cocto ad duarum partium conſumptionem, adde
Sacchari æquale pondus; & repetitâ cocturâ fiat Rob ſecundùm Artem.

Miva vel Gelatina eorundem.

℞. Succi Cydoniorum depurati ℔xij.
Cocturâ evaneſcat ad dimid.
Affunde reliquo
Vini albi veteris ℔v. & ad mitem ignem demptâ (ut decet) ſpumâ, abſumatur pars tertia. Quod ſupereſt, ſubſidat, & coletur; auctúmque Sacchari ℔iij.
Coquatur ſ. a.

Rob Prunorum Acidorum.

Paratur ut Rob Cydoniorum, & in utroque Sacchari uſus eſt indifferens.

Rob de Ribis.

Paratur ut Rob de Berberis, ex ſucco benè depurato, adeoque prius calefieri debet, quam ſubſidere.

Rob Baccarum Sambuci.

℞. Succi baccarum ſambuci q. v.

 Inſpiſ-

Inſpiſſetur ſenſim igne modico vel pe
ſe, vel ſacchari additâ quartâ parte.
Eodem modo parantur *Rob* Ebulinum
Juniperinum, & Veronicæ, niſi quod
in hoc poſtremo, ſacchari & ſucci tan
tundem expetatur.

Succus Glycyrrhizæ ſimplex.

℞. Radicum Glycyrrhizæ optimæ q. v.
Mundatas leviterque contuſas tota
triduo in aqua fontana macera, ea ſci-
licet copia, ut tres circiter digitos ſu-
peremineat. Tum demum ferveſi-
ant parum & exprimendo colentur,
quodque expreſſum eſt, mitiori igne
ad debitam ſucci formam condenſe-
tur ſ. a.

Succus Glycyrrhizæ Compoſitus.

℞. Aquæ ex tenuioribus foliis Quercinis,
ſcabioſæ, ana ℔iv.
Glycyrrhizæ Anglicanæ, raſæ, diſſectæ,
& contuſæ, ℔ij.
Diacrydii, ʒv.
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii rec. ana ʒii.
Turpeti opt.
Aloës, ana ʒvi.
Maſtiches,
Fl. Roſarum rub.
Salis gemmæ,
Epithymi,
Aniſi,
Zingiberis, ana ʒj.
Cum ſyrupo Roſarum pallidarum, F. Maſſa ſecundum Artem.

Pilulæ

Pilulæ Aloëphanginæ.

℞. Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cardamomi min.
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Calami aromatici,
Carpobalſami, aut Bac. Juniperi.
Schœnanthûs,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Roſarum rubr.
Abſinthii ſiccati, ana ℥ß.

Ex his craſſiuſculè tritis educatur per Sp. Vini Tinctura in vaſe vitreo probè clauſo: in Colaturæ ℔iii. nutriatur Aloës puriſſimæ, ℔i,

Cui diſſolutæ adde
Maſtiches,
Myrrhæ pulveratarum, an. ℥ß.
Croci,
Balſami Peruani, ʒi,

Tandem, abſumptâ ſuperfluâ humiditate ſuper cineres calidos au tin hypocauſto redigantur in Maſſam Pilularum.

Pilulæ de Aloë Lotæ.

℞. Aloës lotæ cum ſuccoRoſarum rub. ℥i.
Agarici, ʒiii.
Maſtiches, ʒii.
Sp. Diamoſchi dulc. ʒß.
Syrupi è Roſis pallidis q. ſ.
F. Maſſa ſ. a.

Aloë Roſata.

℞. Aloës Succotrinæ lucidæ pulv. ℥iv.
Succi Roſar. Damaſ. depurati ℔j.
Miſce, digere ad Solem vel in balneo, donec ſuperflua humiditas exhalaverit. Repetitis ita quater digeſtione & evaporatione F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Aureæ.

℞. Aloës,
Diacrydii, ana ʒv.
Roſarum rub.
Sem. Apii, ana ʒiiß.
Fœniculi,
Aniſi, an. ʒiß.
Maſtiches,
Croci,
Trochiſ. Alhandal. ana ʒj.
Trita excipiantur Mellis Roſacei colati q. ſ.
F. Maſſa ſ. a.

Pilu-

Pilulæ Cochiæ Majores.

Rec. Spec. Hieræ picræ Gal. ʒx.
Troch. Alhandal. ʒiiiß.
Diacrydii, ʒiiß.
Turpeti gummoſi,
Fl. Stœchados ana ʒv.
Cum ſyrupi de Stœchade ſ. q.
F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Cochiæ minores.

Rec. Aloës lucidæ,
Scammonii puriſſimi,
Pulpæ Colocynthidos, ana ℥j.
Trita excipiantur ſufficienti quantitate ê æqualibus partibus ſyrupi Abſinthii, ê de Spina cervina.
F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ de Cynogloſſo.

Rec. Rad. Cynogloſſi ſiccatarum,
Sem. Hyoſcyami albi,
Opii præparati, ana ℥ß.
Myrrhæ, ʒvj.
Olibani, ʒv.
Croci,
Caſtorei,
Styracis Calamitæ, ana ʒiß.

Pilulæ ex duobus.

Rec. Colocynthidos,
Scam

Scammonii, ana ℥j.
Olei Caryophyllorum, q. ſ.
[F]it optimè malaciſſentur & ſubigantur unà: Mox cum momento ſyrupi de Spina Cervina Fiat Maſſa.

Pilulæ de Eupatorio.

[R]ec. Succ. inſpiſſat. Eupatorii, i.e. Agerati,
Abſinthii,
Myrobal. Citrin. ana ʒiii.
Rhabarbari, ʒiiiß.
Maſtiches, ʒi.
Aloës lucidæ, ʒv.
Croci, ʒß.
Syrupi è Succo Endiviæ q. ſ.
F. Maſſa, ſ. a.

Pilulæ Fœtidæ.

Rec. Aloës,
Calocynthidos,
Opopanacis,
Ammoniaci,
Sagapeni,
Myrrhæ,
Sem. Rutæ,
Epithymi, ana ʒv.
Scammonii, ana ʒiij.
Rad. Turpeti, ℥ß.

Eſulæ

Eſulæ minoris præpar.
Hermodactyl. ana ʒii.
Zingiberis, ʒiß.
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Croci,
Caſtorei, ana ʒj.
Euphorbii præparati, ℈ii.

Diluantur gummi ſucco Porri & F. Maſ cum Syrupo facto è ſucco Porri & Saccharo.

Pilulæ de Hermodactylis.

Rec. Sagapeni, ʒvj.
Opopanacis, ʒiii.

Liquentur in ſucci Caulium calefacti q. ſ. & linteo idoneo transmittantur mox coquantur ad mediocrem conſiſtentiam: tunc

Rec. Hermodactylorum,
Aloës,
Myrobal. Citrin.
Turpeti,
Colocynthidos,
Bdellii mollis & recentis, ana ʒvi.
Euphorbii præparati,
Sem. Rutæ,
Apii,

Caſto-

Caſtorei,
Sarcocollæ, ana ʒiii.
Croci ʒiß.
Cum Syrupo è ſucco Caulium facto
Maſſa ſ. a.

Pilula de Hiera cum Agarico.

Spec. Hieræ Picræ Gal.
Agarici, ana ℥ß.
Aloës optimæ, ℥j.
Mellis roſati, q. ſ.

Pilulæ Imperiales.

Aloës, ℥ij.
Rhabarbari, ℥iß.
Agarici,
Fol. Sennæ mund. ana ℥j.
Cinnamomi,
Zingiberis, ʒij.
Nucis Moſchatæ,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi,
Maſtiches, ana ʒj.
[C]um Syrupo Violaceo ſubacta coganrur in Maſſam ſ. a.

Pilulæ de Lapide Lazuli.

Lapidis Lazuli pulverati, & ſæpius loti, ʒv.

Epithymi,
Polypodii,
Agarici, ana ℥j.
Scammonii,
Rad. Hellebori nigri,
Salis Gemmæ, ana ʒiiß.
Caryophyllorum,
Sem. Aniſi, ana ℥ß.
Spec. Hieræ ſimpl. Gal. ʒxv.
Cum Syrupo è ſucco Fumariæ,
F. Maſſa, ſ. a.

Pilulæ Macri.

℞ Aloës opt. ℥ii.
Maſtiches, ℥ß.
Fol. Majoranæ ſicc. ʒii.
Salis Abſinthii, ʒi.
Pulverata omnia excipiantur ſ. q. ſucc
Caulium ſaccharatorum,
ut F. Maſſa.

Pilulæ Maſtichinæ.

℞. Maſtiches, ℥ii.
Aloës, ℥iv.
Agarici,
Sp. Hieræ ſimpl. Gal. ana ℥iß.
Cum ſyrupo Abſinthii, Fiat Maſſa ſ. a.

Pilulæ

Pilulæ Mechoacanæ.

Rad. Mechoacanæ, ℥ß.
Turpeti, ʒiii.
Fol. Thymelææ in aceto maceratorum & ſiccatorum.
Sem. Ebuli,
Agarici trochiſcati, ana ʒii.
Rad. Eſulæ præparatæ.
Maſtiches, ana ʒiß.
Macis,
Cinnamomi,
Salis gemmæ, ana ℈ii.

at omnium pulvis cum vino albo ſubigendus in Maſſam; quæ ſiccata teratur; & cum ſyrupo facto cum ſaccharo & ſucco Rad. Iridis F. denuo Maſſa pro Pilulis.

Pilulæ de Opopanace.

Opopanacis,
Sapapeni,
Bdellii,
Ammoniaci,
Hermodactylorum,
Colocynthidos, ana ʒv.
Croci,
Caſtorei,
Myrrhæ,

Zingiberis,
Piperis albi,
Caſſiæ ligneæ,
Myrobalanorum citrinorum, ana ʒi
Scammonii, ʒii.
Turpeti, ℥ß.
Aloës lucidæ, ℥iß.

Solutis lacrymis in ſucco caulium depu rato formetur Maſſa ſ. a. cum ſyrup cum ſucco Caulium.

Pilulæ Rudii.

℞. Colocynthidos, ʒvi,
Agarici,
Scammonii,
Rad. Hellebori nigri,
Turpeti, ana ℥ß.
Aloës Socoterinæ, ℥i.
Spec. Diarrhodon Abb. ℥ß.

Omnia (exceptis ſpeciebus Diarrhod Abb.) craſſiuſculè contundantur, infundantur clauſo vaſe ad Solem, i aq. vitæ opt. per octiduum, ità ut li quor ſex digitis ſupereminеat. Poſte infundantur quoque ſimili modo ſpe cies. Diarrhod. Abb. in aq. vitæ pe quatriduum; mox factâ colatura, ex preſſio

preſſioneque valida, ambæ illæ colaturæ miſceantur; & (fœce abjecta) indatur liquor alembico vitreo, ut ſeparata (per diſtillationem) humiditate, remaneat materia denſa, inſtar mellis; ex qua F. Maſſa.

Pilulæ Ruffi, ſive Communes.

Aloës optimæ, ℥ii.
Myrrhæ el. ℥i.
Croci, ℥ß.
[R]ecipiantur ſyrupo ex ſucco Limonum, & F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ ſine Quibus.

Aloës lotæ, ʒxiv.
Scammonii præparati, ʒvi.
Agarici,
Rhabarbari,
Fol. Sennæ mund. ana ℥ß.
Abſinthii,
Fl. Roſar. rub. exungulat.
Violarum,
Cuſcutæ,
Maſtiches, ana ʒi.
Salis Abſinthii ʒß.
[C]um ſyrupo ex ſucco Fœniculi facto cum melle, F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Stomachicæ.

℞. Aloës lucidæ, ʒvi.
Maſtiches,
Roſarum rub. ana ʒii.
Cum ſyrupo Abſinthii cogantur in Maſſam, ſ. a.

Pilulæ Stomachicæ cum Gummi.

℞. Aloës puriſſimæ, ℥i.
Fol. Sennæ mundat. ʒv.
Gummi Ammoniaci in aceto ſambucino liquati, ℥ß.
Maſtiches,
Myrrhæ, ana ʒiß.
Croci,
Salis Abſinthii, ana ʒß.
Cum ſyrupo de ſpina cervina, F. Maſſ. ſ. a.

Pilulæ è Styrace.

℞. Styracis Calamita,
Olibani,
Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Opii, ana ℥ß.
Cum ſyrupi de Papavere albo, ſ. q F Maſſa ſ. a.

Pilulæ de Succino.

℞. Succini albi,

Maſti-

Maſtiches, ana ʒij.
Aloës opt. ʒv.
Agarici, ʒiß.
Ariſtolochiæ longæ, ʒß.
'um ſyrupo de Abſinthio F. Maſſa.

Pilulæ ex Tribus.

. Maſtiches, ℥ij.
Aloës, ℥iv.
Agarici,
Sp. Hieræ ſimpl. ana ℥iß.
Rhabarbari electi, ℥ij.
Cinnamomi, ʒii.
'um ſyrupo è Cichorio F. Maſſa ſ. a.

Pilulæ Turpeti Aureæ.

. Turpeti gummoſi, ℥ii.
Aloës ℥iß.
Myrobalanorum citrin. ʒx.
Roſarum rub.
Maſtiches, ana ʒvj.
Croci ʒiii.
ulverentur omnia; & cum ſyrupo de Abſinthio redigantur in Maſſam.

Laudanum.

. Opii Thebaici extracti in Sp. vini ℥j.
Croci ſimiliter extracti, ʒiß.
Caſtorei, ʒj,

Excipiantur tincturâ ſemunciæ Spec
Diambræ recentium in ſpiritu Vi
factâ. Mox adde
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana gr. vj.
Olei Nucis Moſchatæ, gtt. x.
Deinde, evaporatione factâ ad tepidu
Balnei calorem F. Maſſa.

Nepenthes Opiatum.

℞. Tincturæ Opii cum aceto diſtillat
primum, deinde cum ſp. Vini parata
Extracti Croci per Vini ſpiritum, ana ℥
Salis Perlarum,
Corallorum, ana ℥ß.
Tincturæ ſpecierum Diambræ, ℥vij.
Ambræ griſeæ, ʒj.
Miſce: Coagula ad formam Pilul. lent
Balnei calore.

TROCHISCI

Trochiſci de Abſinthio.

℞. Roſarum rub.
Fol. Abſinthii,
Sem. Aniſi, ana ʒij.
Succi inſpiſſati Eupatorii, i.e. Agerati
Rad. Aſari,

Spica

Spicæ Nardi,
Rhabarbari,
Sem. Apii,
Amygdalarum amararum,
Maſtiches,
Macis, ana ℨj.
Succi Cichorii q. ſ. F. Trochiſci ſecundum Artem.

Agaricus Trochiſcatus.

℞. Agarici albi & levis pulverati & per cribrum trajecti ℥iij.
Macera in ſ. q. Vini albi genoroſi, in quo Zingiberis ℨii. infuſæ fuerint, & F. Trochiſci.

Trochiſci Albi Rhaſis.

℞. Ceruſſæ aquâ Roſar. lotæ, ℨx.
Sarcocollæ, ℨiii.
Amyli, ℨii.
Gum. Arabici,
Tragacanthi, ana ℨj.
Camphoræ, ℨß.
Excipiantur omnia aquâ Roſ. vel lacte muliebri, & F. Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Alexiterii.

℞. Rad. Zedoariæ,
Pulv. è chelis Cancrorum, ana ℨiß.

Cort. exter. Citri condit. ſicc.
Sem. Angelicæ, ana ℥j.
Boli Armeni, ʒß.
Sacchari cryſtallini, triplum pondus omnium.

F. Pulvis ſubtiliſſimus, & cum ſ. q. mucilaginis Gum. Tragacanthi in aq. Theriacali ſtillat. extractæ F. Paſta, ex qua formentur Trochiſci.

Trochiſci Alhandal.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ & levis à ſeminibus liberatæ, minutim conciſæ, cum ℥j olei Roſacei confricatæ, & denique accuratè pulveratæ, ℥x.
Gum. Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii, ana ʒvi.

Macerentur Gummi per triduum aut quatriduum in ſ. q. aquæ Roſaceæ, ut planè liqueſcant; deinde cum pulpa dicta & parte iſtius mucilaginis, F. Trochiſci: qui in umbra ſiccati denuo terantur, & cum reliqua mucilagine refingantur, ſiccandi & ſervandi ad uſum.

Trochiſci Aliptæ Moſchatæ.

℞. Labdani puriſs. triti, ℥iii. Sty-

Styracis calamitæ, ℥iſs.
Benzoini, ℥i.
Ligni Aloës, ʒii.
Ambræ griſeæ, ʒſs.
Moſchi, ℈ſs.
Cum ſ. q. Aquæ Roſarum F. Trochiſci ſ.a.

Trochiſci Alkekengi.

℞. Bacc. Alkekengi ʒiii.
Gum. Arabici,
Tragacanthi,
Olibani,
Sang. Draconis,
Nucleorum Pini,
Amygdalarum amararum,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Boli Armenæ,
Sem. Papaveris albi, ana ʒvi.
Melonum,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ, ana ℥iiiſs,
Apii,
Hyoſcyami albi,
Carabes,
Terræ Lemniæ,

Opii, ana ʒii.

Cum ſucco recentium Baccarum Halicacabi F. Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Bechici Albi.

Vel,

Rotulæ Pectorales.

℞. Sacchari puriſſimi, ℔i.
Candi albi,
Penidiati, ana ℥iv.
Rad. Iridis Florentinæ, ℥i.
Glycyrrhizæ, ʒvi.
Amyli, ℥iß.

Cum ſ. q. Mucilaginis Tragacanthi aquâ Roſar. extractæ fiant Trochiſci parvi. Pro re nata, poterunt addi Ambra & Moſcus: nempe illius gr. iv. hujus autem gr. iii.

Trochiſci Bechici Nigri.

℞. Succi Glycyrrhizæ,
Sachari albiſs. ana ʒx.
Tragacanthi,
Amygdalarum dulc. mundat. ana ℥vi.

Cum ſ. q. Mucilaginis Sem. Cydoniorum cum aquâ Roſarum extractæ fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Berberis.

℞. Succ. inſpiſſat. Berberi, Gly-

Glycyrrhizæ,
Spodii ex Ebore,
Sem. Portulacæ, ana ʒvi.
Spicæ Indicæ,
Croci,
Amyli,
Tragacanthi, ana ʒi.
Sem. Citrulli mundat. ʒiiiß.
Camphoræ, ʒß.
Cum Manna ſucco novo Berberis dilutâ,
Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Camphora.

℞. Camphoræ, ʒß.
Croci, ʒii.
Amyli, ʒiij.
Roſarum rubr.
Gummi Arabici.
Tragacanthi,
Scobis Eboris ana ℥ß.
Sem. Cucumeris mund.
Portulacæ,
Glycyrrhizæ raſæ, ana ℥i.
Cum mucilagine Sem. Pſyllii aqua Roſarum extractâ, Fiant ſ. a. Trochiſci.

Trochiſci de Capparibus.

℞. Corticum radicum Capparum,

Sem. Agni caſti ana ℥vi.
Gum. Ammoniaci, ℥ß.
Sem. Naſturtii,
Nigellæ,
Fol. Calaminthæ,
Rutæ,
Rad. Acori,
Ariſtolochiæ longæ.
Succi inſpiſſati Eupatorii,
Agerati,
Amygdalarum amararum, ã ℥ii.
Fol. Scolopendrii,
Rad. Cyperi rotundi
Rubiæ tinctorum,
Gum. Laccæ, ana ℥j.

Trita omnia excipiantur Ammoniaco in aceto acerrimo ſoluto, & ad mellis conſiſtentiam cocto, fiantque Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Carabe.

℞. Carabes, ℥i.
Cornu Cervi uſti,
Gum. Arabici uſti,
Corallii rubri uſti,
Tragacanthi,
Acaciæ,

Hypo-

Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ lotæ,
Sem. Papaveris nigri aſſati, ana ʒii, ℈ii.
Thuris,
Croci,
Opii, ana ʒii.
Cum ſ. q. Mucilaginis Sem. Pſyllii aquâ Plantaginis extractæ, Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Cypheos pro Mithridatio.

Rec. Pulpæ Uvarum paſſarum pinguium, à cortice & acinis probè mundatæ,
Terebinthinæ Cypriæ, ana ℥iii.
Myrrhæ,
Schœnanthûs, ana ℥iß.
Cinnamomi, ℥ß.
Calami Aromatici, ʒix.
Rad. Cyperi rodunti.
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſſiæ ligneæ,
Baccarum Juniperi,
Bdellii unguinoſi,
Aſpalathi, ſive Ligni Aloës, ā ʒiiß.
Croci, ʒi.

Mel-

Mellis optimi deſpumati, q.ſ.
Vini Canarini momentum.

Myrrha & Bdellium terantur in mortar cum Vino ad craſſitudinem liqui mellis; Addatur mox Terebinthin dein pulpa Paſſularum, tum Pulvere: Omnia demum excipiantur melle de ſpumato optimè eocto, coganturque i Maſſam, ex qua fiant Trochiſci.

Trochiſci de Eupatorio.

Rec. Succi Eupatorii (i. e. Agerati) depu rati & inſpiſſati,
Mannæ Calabrinæ, ana ℥j.
Roſarum rub. ℥ß.
Spodii ex Ebore, ʒiiiß.
Rad. Spicæ Nardi, ʒiij.
Rhabarbari,
Aſari,
Sem. Aniſi, ana ʒij.

Terantur ſimul Nardus inciſa, Aniſum & Roſæ; ſeorſim pulverentur ſubtiliter Spodium, Aſarum, & Rhabarbarum. Dein commiſtis Mannâ & ſucco Eupatorii in mortario addantur Pulveres; & cum novo ſucco formentut Trochiſci.

Trochiſci de Gallia Moſchata.

Rec. Ligni Aloës, ʒv.

Ambræ

Ambræ griſeæ, ʒiij.
Moſchi, ʒj.
Cum Mucilagine Tragacanthi extractâ cum aq. Roſarum, Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci Gordonii.

Rec. Sem. 4. frigid. maj. excort.
Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Myrtillorum,
Gum. Tragacanthi,
Arabici.
Piſtaciorum,
Nucleorum Pini mundat.
Sacchari candi,
Penidiorum,
Glycyrrhizæ raſæ,
Hordei mundati,
Mucilag. Sem. Pſyllii.
Amygdalarum dulc. excorticatarum, ana ʒij.
Boli Armenæ,
Sanguinis Draconis,
Spodii ex Ebore,

Roſa-

Roſarum rubr.
Myrrhæ ana ℥ß.
Cum ſ.q. Hydromelitis fiant Trochiſci ſecundum Artem.

Trochiſci Hedichroi Gal. ad Theriacam.

℞. Ligni Aſpalathi ſive Santali citrini,
Foli Majoranæ,
Mari,
Rad, Aſari, ana ʒij.
Phu Pontici,
Coſti,
Calami Aromatici,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,
Schœnanthus,
Opobalſami, aut Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem, ā ʒiii.
Caſſiæ ligneæ,
Fol. Malabathri, ſeu Macis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci, ana ʒvj.
Amomi, aut Cardamomi min. ℥iʒ.
Maſtiches, ʒj.
Vini Canarini, q. ſ.
Myrrha diſſolvatur in Vino, mox Crocus & Maſti-

& Maſtiche probè trita adjiciantur, deinde Opobalſamum; tum reliqua in pulverem redacta admiſceantur, vino ſubinde affuſo, fiantque Trochiſci craſſiuſculi in furno, poſt exemptum panem, leniter ſiccandi.

Trochiſci Hyſterici.

℞ec. Aſæ Fœtidæ,
Galbani, an. ℥iiß.
Myrrhæ ℥ij.
Caſtorei ℥iß.
Rad. Aſari,
Ariſtolochiæ longæ,
Fol. Sabinæ,
Matricariæ,
Nepetæ, ana ℥j.
Dictamni ℥ß.
Cum ſucco aut decocto Rutæ fiant Trochiſci ſecundum Artem.

Trochiſci de Ligno Aloës.

℞ec. Xyloaloës,
Roſar. rub. ana ℥ij.
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi Indicæ,

Nucis

Nucis Moſchatæ,
Sem. Paſtinacæ,
Cardamomi majoris,
minoris,
Cubebarum,
Galliæ Moſchatæ,
Cort. Citri,
Macis ana ʒiß.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana ℈ß.

Cum Mellagine Paſſularum fiant Trochiſce,

Trochiſci è Myrrha.

Rec. Myrrhæ, ʒiij.
Farinæ Lupinorum ʒv.
Rad. Rubiæ tinctorum,
Fol. Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegii cervini, i. e. Dictamni Cretici
Sem. Cumini,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana ʒij.

Liquentur Gummi in Vino decoctionis Artemiſiæ, aut granorum Juniperi, & adjectis

adjectis cæteris, cum ſucco Artemiſiæ, fiant Trochiſci ſ. a.

Sief de Plumbo.

Rec. Plumbi uſti & loti,
Æris uſti,
Antimonii,
Tutiæ lotæ,
Gum. Arab.
Tragacanthi ana ℥i.
Opii, ʒß.
Tere, cribra, & cum aq. Roſar. q. ſ. fiant Trochiſci.

Trochiſci Polydiæ ſeu Sphragis Andromachi.

Rec. Flor Mali Punici, i.e. Cytinorum ʒxij.
Aluminis ſciſſilis vel rupei ʒiii.
Thuris,
Myrrhæ, ana ℥ß.
Chalcanthi, ʒii.
Fellis Taurini, ʒvj.
Aloës ℥i.
Vini auſteri, vel ſucci Solani aut Plantaginis q. ſ. Fiant Trochiſci ſ. a.

Trochiſci de Rhabarbaro.

Rec. Rhabarbari electi, ʒx.
Succi Eupatorii, (i. e. Agerati) condenſati,

Amygda-

Amygdalarum amararum, ana ℥ß.
Roſar. rub ʒiii.
Rad. Aſari,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Indicæ,
Fol. Abſinthii,
Sem. Aniſi,
Apii, ana ʒi.
Cum vino decoctionis Abſinthii, Fiant Trochiſci ſecundum Artem.

Trochiſci de Santalis.

Rec. Santalorum trium, ana ℥i.
Sem. Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Portulacæ,
Spodii ex ebore, an. ℥ß.
Roſarum rub. ʒvii.
Succi Berberi, ʒvi.
Boli Armenæ, ℥ß.
Camphoræ ʒi.
Cum aqua Portulacæ fiant Trochiſci.

Trochiſci de Scilla ad Theriacam.

Scillam initio Julii collectam, poſtquam folia & ſcapus aruerint, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice exterio-

exteriore detracto, & parte deteriore, cui radiculæ adhærent, abjectâ, farinâ tritici ſubactâ involves & in clibano coques, donec farina probè ſiccata ſit; eaq; perforata ſtylo ligneo (vel potius feſtucâ) experieris, an Scilla undiq; tenera ſit. Exemptam in mortario diligenter teres, eiq; admiſcebis farinæ Orobi albi vel Ciceris rubri tenuiſſimè cribrati, ℥viii ad ſingulas Scillæ libras; & formabis in Trochiſcos ponderis ʒii. (manibus Roſaceo inunctis,) & ſiccabis in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante in umbra ſæpius obvertendo donec probè ſiccati fuerint: demum repone in vaſe ſtanneo puro vel vitreo.

Trochiſci de Spodio.

℞. Roſarum rubr. ʒxii.
Spodii ʒx.
Sem. Acetoſæ ʒvi.
    Portulacæ,
    Coriandri in aceto macerat. &
      torrefact,
Pulpæ Sumach, ana ʒiiß.
Amyli toſti,

Balau-

Balauſtiorum,
Berberi, ana ʒii.
Gum. Arabici aſſati, ʒiſs.
Cum ſucco Uvarum immaturarum fian
Trochiſci.

Trochiſci de terra Lemnia.

Rec. Terræ Lemniæ ſive ſigillatæ,
Boli Armenæ,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Gum. Arab. toſti,
Sanguinis Draconis,
Amyli toſti,
Roſarum rubr.
Antheæ ſeu Sem. Roſarum rubr.
Lapidis Hæmatitis,
Coralli rubri,
Succini,
Balauſtiorum,
Spodii ex Ebore,
Sem. portulacæ parum toſtorum,
Olibani,
Cornu cervi uſti,
Nucum Cypreſſi,
Croci ana ʒij.
Sem. Papaveris nigri,

Ma

Margaritarum, ana ʒiß.
Opii præparati, ʒj.
m ſucco Plantaginis fiant Trochiſci.

Sief de Thure.

Thuris,
Lapidis Calaminaris,
Pompholygos, ana ʒx.
Ceruſſæ, ʒxl.
Gum. Arabici.
Opii, ana ʒvi.
m aqua limpida fiant Paſtilli, ſiccandi & ſervandi uſui.

Trochiſci è Violis Solutivi.

Fl. Violarum modicè ſiccat. ʒvi.
Turpeti gummoſi, ℥iß.
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii,
Mannæ, ana ʒij. Cum Syrupo Violarum, formentur Trochiſci.

Trochiſci de Vipera ad Theriacam.

Carnis Viperinæ, detrecta cute, exemtis interaneis & adipe, abjectis capitibus & caudis, cum Anetho, ſale pauco, e aqua coctæ, ℥viii. Panis triticei puriſſimi; aut potiùs biſcocti, triti, & cribrati, ℥ii.

Formentur Trochiſci parvuli, inu gendo manus Opobalſamo vel oleo N cis Moſchatæ per expreſſionem. Sicce tur ſuper cribrum inverſum loco libe ventoque perflabili ſæpe eos vertenc donec probè exſiccati fuerint: deinde Pyxidem vitream aut figulinam vitre tam benè obturatam reponendi. Dura annum integrum; tamen longe meli fuerit, haud multò, poſtquam eos confe ris, Theriacam adornare.

Trochiſci Viticis, ſive Agni Caſti.

℞. Sem. Viticis, ſeu Agni caſti,
Lactucæ,
Flor. Roſarum rubr,
Balauſtiorum ana ʒi.
Scobis Eboris,
Succini albi,
Boli Armenæ in aqua Centinodiæ tæ. ʒii.
Sem. Plantaginis, ℈iv,
Ligni Saſſafras, ℈ii.
Cum Mucilagine Sem. Cydoniorum aqua Nenupharis extractâ fiant Tr chiſci.

OLE

OLEA.

OLEA SIMPLICIA,
Per
EXPRESSIONEM.

Oleum Amygdalarum Dulcium.

℞. Amygdalas dulces nondum præ vetuſtate rancidas, quot volueris.

Fracto & abjecto certice exteriori linoſo, & exutâ interiori membranâ tritæ in mortario lapideo calefiant in duplici vaſe, & prelo exprimatur oleum ſine vi caloris.

Oleum Amygdalarum Amararum.

Fit eodem modo, Amygdalarum dulcium; niſi quod hic demptâ interiori membranâ opus non ſit; nec in exprimendo tantus metus à calore.

Oleum Avellanarum.

Paratur ex nucleis Avellanarum mundatis, tritis, calefactis, & expreſſis, ut in illo Amygdalarum dulcium.

Simili modo.

Elicitur Oleum Balaninum vel de Been

ex Balaneo Myrepſica: & Oleum Nucis Moſchatæ, ex Nucis cognomin nucleo; uti Oleum Macis, ex ejusder nucis cortice ſecundo reticulari.

Oleum Caryinum.

Paratur ſimiliter ex nucleis Juglandium niſi quod huic conficiendo exputantu aliquando nuclei ſiccati, vetuſti, & ran cidi.

Oleum Chryſomelinum.

Paratur per expreſſionem, ex nucleis Mali Armenæ: quo modo etiam fiunt Olea ex nucleis Ceraſorum, Mali Perſici Pinearum, Piſtaciorum, & Prunorum nec non ex Seminibus Aurantiorun Cannabis, Carthami, dictum Cnicinum Citrii, Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli Ebuli, Hyoſcyami, Lactucæ, Lini, Melonum, Papaveris, Petroſelini, Raphani. Rapi, Ricini, dictum Oleum Cicinum Ricininum & de Kerva, Seſami dictum Seſaminum, Sinapi, & ex Uvarum acinis, &c.

Oleum Laurinum.

℞. Baccarum Lauri maturarum, & paucos ante dies decerptarum, q. v.

Tri-

[t]ritæ coquantur in aquæ q. ſ. & torculari exprimantur.

[Ex]preſſas fœces iterum tere, & affusâ aquâ calente, ut priùs, exprime. Demum Oleum aquæ ſupernatans ſepara ſ. a. Sed ſenſim exoleſcere cœpit, ex quo Fortunatæ Inſulæ ſuum tranſmiſerunt.

Oleum Olivarum commune.

[Ex]primitur ex Olivis maturis, ſed è carne ſive pulpa, non è nucleis.

Oleum Omphacinum ſive Omotribes.

[Fi]t ex qulpa Olivarum, ſed ante maturitatem.

Oleum ex Vitellis ovorum.

Vitellos ovorum recentium ad duritiem elixatos, quot volueris, [m]anibus vel piſtillo in mortario comminutos cautè, ne adurantur, aſſa, & agita in ſartagine figulina vitreata, donec ferè ſpumeſcant. Calentes ſacculo lineo, vino aromatico irrorato, inde, & prelo exprime Oleum ſecundum Artem.

OLEA SIMPLICIA.

Per Infuſionem vel Decoctionem.

Oleum Roſaceum Omphacinum.

 ℞. Ro-

℞. Roſarum rubrarum ante maturitatem in mortario lapideo contuſarum ℥iv Olei Omphacini ℔j. Soli ardenti ex pone in vaſe vitreo arcte clauſo per integram ſeptimanam, & concute quotidie. Dein leviter coque in Balneo, & exprime roſiſque abjectis, recentes injice; quibus ſimiliter habitis, fiat idem tertio, & ſervetur Oleum ſuper ſucci Roſarum ℔j.

Oleum Roſaceum completum.

Fit eodem modo, ex Oleo dulci & maturo ſæpe loto; & ex Roſis rubris expanſis contuſis, inſolatis, & leviter in duplici vaſe decoctis: ita tamen, ut tertia inſolatio in quadrageſimum producatur diem, illoque exacto, ſevetur Oleum cum Roſis ſine expreſſione.

Eodem modo fiunt,

Oleum Abſinthites, ex comarum ter repetitarum Abſinthii vulgaris ℥iv, & Olei maturi ℔iij. ſic tamen, ut ultimâ vice addantur ſucci Abſinthii ℥iv. qui lentâ coctione evaporandus eſt.

Oleum Anethinum; ex Olei completi ℔i floruum & frondium Anethi ℥iv. ter renovatis.

Ole

eum de Caſtoreo, ex Caſtorei ℥j. Olei ℔j. & Vini generoſi ℥iv. quod ad Balnei calorem abſumendum eſt.

eum Chamælinum (quod non uni Sanctum dicitur) ex oleo completo, & chamæmeli floribus (demptis albis foliolis) recentibus, conciſis, tuſis, tectoque, ſimplici linteô, vaſe inſolatis, & expresſis; & ter demum (ut in præcedentibus) redintegratâ operâ.

eum Cheirinum, ſive Keirinum, ex floribus Keiri, i. e. Leucoii lutei, & oleo completo; ut oleum Anethinum.

eum Cydoniorum, ſive Melinum, ex Olei Omphacini partibus ſex, Carnis & Succi Cydoniorum ana parte una, Inſolentur quindecim dies in vaſe vitreo, & quatuor poſtea horas in duplici vaſe coquantur. Hinc exprime, & novâ carne leviter contusâ, novoque ſucco injectis, idem ſemel atque iterum repete.

eum Enulatum, ex Olei maturi, radicum contuſarum Enulæ, & earundem ſucci ana p. j. Vini generoſi ad ignem mox evaporandi, p. ß.

Oleum Euphorbii, ex Euphorbii ʒvj. O
Cheirini, & Vini odoriferi, ana ℥v.
mul coquendis in duplici vaſe, do
vinum evanuerit.

Oleum Formicarum; ex Formicis al
ſimul & ſemel in olei dulcis quadru
infuſis, & quadraginta dies in vaſe
treo obturatô ſoli æſtivo expoſitis
colatis.

Oleum ſive Balſamum ſimplex Hyper
ex oleo ſui feminis truſatili mola tr
& prelo expreſſi, additis & ritè inſola
Hyperici floribus.

Oleum Jaſminum; ax Jaſmini floribus,
Oleo veteri claro inſolatis & expreſ

Oleum Irinum ex radicum Iridis Flore
tinæ ℔j. Florum Iridis purpureæ ℔
facta in vaſe duplici elixatiane in d
cocti Iridis Florentinæ q. ſ. & Olei du
cis ℔vj. immiſſisque ſemel atque it
rum recentibus radicibis & floribu
prioribus expreſſis & abjectis, ut
Oleo Roſato.

Oleum Lumbricorum, ex Lumbricoru
terreſtrium in vino albo lotorum ℔
Olei mutari ℔ij. coctis in duplici va
ſi

ſe, cum vini albi præſtantis ℥viii. donec vinum evanuerit.

leum Majoranæ ſive Sampſuchinum, ex herbæ parum contuſæ ℥iv. vini albi generoſi ℥vi. Olei maturi ℔i. ſimul mixtis, inſolatis, recentique ter immiſſa & expreſſa herba; & coctione demum in diplomate abſumpto vino.

leum Maſtichinum; ex Olei Roſati Omphacini ℔i. Maſticæes ℥iii. vini odoriferi ℥iv. mixtis, & ſimul coctis in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

leum Meliloti, ex herbæ ſummitatibus, eodem modo ut Chmæmelinum.

leum Menthæ, ex herba & Oleo Omphacino, ut Roſaceum.

eum Myrtinum, Ex Baccarum Myrtillorum confractarnm, & vino auſtero aſperſarum p. j. Olei Omphanici p. iii. Inſolentur viginti quatuor dies; ter interim renovatis, coctis, & expreſſis baccis.

eum Narciſſinum, ex floribus recentibus Narciſſi albi, & Oleo, ut Roſaceum.

eum Nardinum, ex Spicæ Nardi ℥iij.

Olei dulcis ℔iſs. Vini albi odorati aquæ puræ ana ℥iiſs. coctis in diploma te ad humoris conſumptionem.

Oleum Nenupharinum, ex florum Nym phææ albæ recentium p.j.Olei Omph cini p iij. ter, ut in Oleo Roſato, rep titis floribus.

Oleum Nicationæ, ex ſucci Nicotianæ Olei communis ana partibus æqual bus in Balneo ſ.a. coctis.

Oleum Papaveris, ex floribus, capitibu & foliis Papaveris ſativi, & Ole Omphacino, ut Anethimum.

Oleum Populeum, ex Gemmarum Popu li arboris p. iij. Vini albi generoſi p. i Olei dulcis p. vij. Gemmæ diligente tritæ in Vino & Oleo ſeptem diebu macerentur; coquendæ demum exprimendæ ſ. a.

Oleum Rutaceum, ex herba contuſa Oleo maturo, ut Roſatum.

Oleum Sabinæ, ſimiliter.

Oleum Sambucinum, ex floribus & oleo ut Roſatum.

Oleum Scorpionum, ex vivis Scorpioni bus mediocribus Sole Leonem ingreſ

ſo

ſo captis. No. xxx, Olei amygdalini amari ℔ij. Inſoleutur, & poſt quadrageſimnm diem coletur Oleum & ſervetur.

Oleum Sicyonium, ex radicum Cucumeris agreſtis, & ſucci ejusdem ana p. ß. Olei maturi p. j. coctis in duplici vaſe ad ſucci exhalationem.

Oleum Solani, ex Baccarum Solani maturarum p. j. coctarum in Olei maturi vel Roſacei p. iij.

Oleum de Styrace, ex Styracis & vini albi odorati ana p. j Olei maturi p. iv. lentè coctis ad vini exhalationem.

Oleum Violaceum, ex oleo Olivarum Omphacino, & floribus Violarum, ut Roſarum.

Oleum verbenaceum, ex herba & oleo, ut Oleum Menthæ.

OLEA COMPOSITA.

Per Infuſionem & Decoctionem.

Oleum Benedictum.

℞ Radicum Cardui Benedicti.
Valerianæ ana ℥j.
Florum Hyperici ℥ij.
Tritici puri, ℥iß.

Olei vetuſtiſſimi ℥iv.
Terebinthinæ Cypriæ ℥viij.
Thuris pulverati ℥ii. Radicibus & Floribus contuſis affunde tantum vini albi, quod iisdem mergendis ſufficiat. Poſt bidui in olla macerationem injice cum tritico comminuto Oleum, & ſimul coque, donec vinum evaneſcat. Hinc exprime, additisque thure & terebinthina, parum rurſus ut coquantur ſine, & ſerva.

Oleum de Capparibus.

℞. Corticum rad. Capparum ℥j.
Corticum Tamariſci,
Foliorum ejusdem,
Seminum Agni Caſti,
Ceterach, ſive Aſpleni,
Radicum Cyperi, ana ʒii.
Rutæ ʒi.
Olei Olivarum maturi ℔i.
Aceti Vini acerrimi,
Vini albi odorati, ana ℥ii.
Seca macera, biduoque elapſo in Balneo Mariæ ſenſim coque: Tandemque abſumptis Vino & Aceto cola & repone.

Oleum de Caſtoreo compoſitum.

℞. Ca-

. Caſtorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Opopanacis,
Caſſiæ ligneæ,'
Croci,
Carpobalſami,ſive Cubebarum.
Spicæ Nardi,
Coſti ana ʒij.
Cyperi,
Schœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri ana ʒiiß.
Olei maturi ℔iv,
Vini Hiſpanici ℔ii.

Exceptis quinque primis, reliqua o-
nia ut decet præparata lentè coquan-
ır in Viuo & Oleo, dum Vinum evanue-
t: ſolutis interim ſeorſim in parte Vini
:fervata Galbanô, Opopanace, & te-
uiſſimè prius trito Euphorbio. Poſt co-
ıuram utriusque cautè miſceantur; O-
o nimirum expreſſo in tepentia adhuc

gummi paulatim effuſo, & crebra rud-
culæ agitatione ad ignem immixto. De-
nique de Styrace & Caſtoreo, finita co-
ctione, in fundo vaſis pulverata recon-
dantur.

Oleum Catellorum.

℞. Olei Olivarum ℔iv.
Catellos nuper natos, No. ij.
Vermium terreſtrium vino albo a-
blutorum ℔j.

Coctis catellis ad Offium compaginis diſ-
ſolutionem injiciantur vermes, & paulo
poſt exprimantur. Dein cum Terebin-
thinæ Cypriæ ℥iij. ſpiritus Vini ℥i. per-
ficiatur Oleum ſ. a.

Oleum Coſtinum.

℞. Rad. Coſti amari ℥ii.
Caſſiæ ligneæ ℥i.
Summitatum Sampſuchi ℥viii.

Trita macerentur biduo in vini alb.
odorati ℥xii. Dein cum Olei Olivarum vi-
no albi loti ℔ii. coquantur in B. M. ad
exhauſtum vini, ſ. a.

℞. Croci,
Calami aromatici ana ℥i.
Myrrhæ electæ ℥ß.

Carda-

Cardamomi ʒix.

Sex diebus macerentur omnia præter
ardamomnm (qnod ante poſtremum
ıdendum non eſt) in Aceti ℥ix. Poſtridiè
funde Olei loti ℔iß. & ſenſim, donec
ɔſumptum ſit Acetum, coque ſ.a. & cola.

Oleum de Euphorbiô,

. Staphidis agriæ.
Saponariæ ana ℥ß.
Pyrethri ʒvi.
Calaminthæ montanæ ſiccæ ℥iß.
Coſti ʒx.
Caſtorei ʒv.

'rita triduoq́ue macerata in vini odori
℔iiiß. coque cum Olei Leucoii lutei ℔iß.
dditàque ante abſumptum omnino vi-
ıum Euphorbii ℥ß. pereoque ſecundum
rtem.

Oleum Exceſtrenſe.

. Herbarum Abſinthii.
Centaurii minoris,
Eupatorii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Lauri,
Majoranæ,

Meliſ-

Meliſſæ,
Nepetæ,
Pulegii,
Sabinæ,
Salviæ,
Thymi ana ℥iv.
Abrotani,
Betonicæ,
Chamæpytios,
Lavendulæ ana ℥vi.
Roriſmarini ℔i.
Florum Chamæmeli,
Geniſtæ,
Liliorum alborum,
Sambuci,
Sem. Cymini,
Fœn græci,
Rad. Hellebori albi.
nigri,
Corticum Fraxini,
Limonum ana ℥iv.
Euphorbii,
Sinapeos,
Caſtoroi,
Pyrethri ana ℥i.
Olei ℔xvi.
Vini ℔iii.

ſerbis Floribut, ſeminibus & Euphor-
io contuſis, inciſis Radicibus, Cortici-
us & Caſtoreo, maceratisque horas duo-
ecim affuſo Vino & Oleo ad Balnei ca-
ɔrem, & coctis demum lento igne ad
Vini & humoris conſumptionem coletur
Oleum, & ſerveiur.

Oleum Hirundinum.

℞. Hirundines integras No. xvi.
Chamæmeli,
Rutæ,
Plantaginis majoris,
minoris,
Foliorum Lauri,
Pulegii,
Anethi,
Hyſſopi,
Roriſmarini,
Salviæ,
Hyperici,
Balſamitæ ana mj.
Olei communis ℔iv.
Vini Hiſpanici ℔i.
Confice ſecundùm artem.

Oleum Hyperici compoſitum.

℞. Summitatum Hype rici ℥iv.

Mace-

Macerentur totum triduum in Ol
Olivarum veteris ℔i. ad Solem vel Ba
nei calorem & exprimantur. Fiat eode
modo Summitatum Hyperici ſecunda Ir
fuſio & tertia. Tertiam demum, poſt vi
num coctione ferè abſumptum, exprime
additisque.

Terebiethinæ ℥iii.
Croci ℈i.

Rurſus parum coque & repone.

Oleum Hyperici Magis Compoſitum.

℞. Vini albi generoſi ℔iii.
Summmitatum Hyperici maturarum
leviterque tritarum miv.

Macera in vitreo vaſe arctè clauſo; bi
duoque exacto coque in B. M. & validè
exprime: in colaturam novas injice ſum-
mitates, tertioque idem facito. Tertia
autem colaturæ ſingulis libris affunde.

Olei veteris ℔iv.
Terebinthinæ ℥vi.
Olei Abſinthii ℥iii.
Dictamni,
Gentianæ,
Cardui benedicti,
Tormentillæ,

Carli-

Carlinæ, vel Cardui Mariæ,
Calami aromatici, tritorum ana ℥ii.
Lumbricorum pluries in vino albo lotorum ℥ii.
ſolentur quinque aut ſex ſeptimanas, & ne obturata reponantur.

Oleum Irinum.

Radicum Iridis Florentinæ ℔iii, ℥iv.
Florum Iridis purpureæ ℥xv.
adicum Cyperi recentiorum ℥vi.
Helenii ℥iii.
Anchuſæ ℥ii.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Aſæ odoratæ, ſive Benzoini, ana ℥j.
Contuſa, ut decet, omnia in Sole calidove loco macerentur in
Olei veteris ℔xv.
Aquæ fontanæ ℔ivß.
Poſt quartum diem coque in B. M. & ſumptâ aquâ, cum refrixerint, preendo cola, & repone.

Oleum Majoranæ.

Herbarum Sampſuchi miv.
Serpylli mii.
Foliorum Myrti, vel Baccarum mj.

Abro-

Abrotani,

Menthæ aquaticæ ā mß.

Conciſa, tuſa, inque vitrum indi omnia ad Solem vel in Hypocauſto, tr bus Olei Omphacini affuſis libris, clauſ que orificio macera; & poſt octavu diem exprime. In expreſſum Oleum r centia ſimplicia conjice, idemque (exac ut priùs opere) fac tertiò, ſic perficiatu Oleum ſ. a.

Oleum Mandragoræ.

℞. Olei communis ℔ij.

Succi Pomorum Mandragoræ, vel eju defectu, foliorum ℥iv.

Succi Hyoſcyami albi ℥ii.

Succi capitum Papaveris nigri ℥iii.

Succi Violarum,

Cicutæ tenerrimæ ana ℥i.

Opii,

Styracis Calamitæ ana ℥ß.

Succos cum Oleo Soli expoſitos poſ decimum diem ſenſim ad Succorum ex hauſtum coque, & cola. Dein Opium te nuiſſimè tritum inſperge, Styracemqu Terebinthinæ modico ſolutam admiſc ſ. a.

Moſche

Moſchelæum.

Nuces Moſchatas No. ij.
Moſchi ʒi.
Folii ſeu Macis,
Spicæ Nardi,
Coſti,
Maſtiches ana ʒvi.
Styracis calamitæ,
Caſſiæ ligneæ,
Myrrhæ,
Croci,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Bdellii, ana ʒii.
Olei puri ℔iii.
Vini generoſi ℥iii.
Teranda ut decet trita, & confusè miſenſim, dum vinum evaneſcat, bullit; admiſto ſ. a. Moſcho poſt colaturam.

Oleum Nardinum.

Spicæ Nardi ℥iii.
Sampſuchi ℥ii.
Xyloaloës,
Calami aromatici,
Enulæ,

Cyperi,

Cyperi,
Fol. Lauri,
Folii Indi vel Macis,
Schœnanthi,
Cardamomi ana ℥iß.

Citra pulverem terantur omnia; & aquæ Viniq́ue generoſi ana ℥xiv. cu Olei Seſamini vel Olivarum ℔ivß. in ſ quentem usque diem macerentur; de lentâ in duplici vaſe coctura perfice Ol um ſ. a.

Oleum Nicodemi.

℞. Seminum ſeu Summitatum Hyperi
Terbinthinæ antiquæ ana ℔i.
Lithargyri ʒvi.
Aloës hepaticæ.
Tutiæ Alexandrinæ ana ʒiii.
Croci ℥i.
Vini albi optimi ℔iv.
Olei antiqui ℔ii.

Abſumptâ quartâ vini parte per len tam omnium in Balneo cocturam, alicu bi in arena Soli caniculari exponantur, per pannum candidum poſt decimum diem colentur, ſeorſumq́ue à vino ſerve tur Oleum.

Oleu

Oleum Vulpinum.

℞. Vulpem (qua fieri poteſt) pinguem, ætatis mediæ, venatuque circa Autumnum captam.

Hanc occide & exentera, carnibusque poſt detractam pellem in fruſta diſſectis fractisque ſingulis oſſibus, coque deſpumandi non ſegnis in vini albi & aquæ fontanæ ana ℔vj. ad medias, cum ſalis marini ℥iij.

Summitat. Anethi,
Thymi,
Chamæpytios ana mj.

Mox fiat cum expreſſione colatura; eandemque recoque cum

Olei veteris optimi ℔iv.
Florum Salviæ,
Roriſmarini ana mj.

Abſumptâ demum aqueâ humiditate, colentur de novo; Oleumque ab omni aquoſitate immune ſervetur uſui.

UNGUENTA SIMPLICIORA.

Unguentum Album.

℞. Olei Roſacei ℥ix.

Ceruſ-

Ceruſſæ aquâ roſarum lotæ & diligen-
ter tritæ ℥iij.
Ceræ albæ ℥ii.

Poſt liquefactam in oleo ceram tempeſti-
vè injice Ceruſſam, ut fiat Unguentum ſe-
cundùm artem.

Adde Camphoræ Olei Amygdalin.
dulcis aliquot guttis tritæ, ʒii. fiat-
què illud quod dicitur Camphora-
tum.

Unguentum Ægyptiacum.

℞. Æruginis minutiſſimè tritæ p. v.
Mellis p. xiv.
Aceti acerrimi p. vii.

Coquantur omnia ſimul in juſtam ſpiſſi-
tudinem, & in colorem ſubrubeum.

Unguentum Anodynum.

Rec. Olei Liliorum alborum ℥vi.
Anethini,
Chamæmelini ana ℥ii.
Amygdalarum dulcium ℥i.
Pinguedinis Anatis.
Gallinæ ana ℥ii.
Ceræ albæ ʒiii.

Miſce ſecundum Artem.

Unguentum ex Apio.

℞. Suc-

Succi Apii ℔i.
Mellit ℥ix.
Farinæ Tritici ℥iij.
x coctis ad juſtam ſpiſſitudinem Fiat
nguentum ſecundùm Artem.

Unguentum ſive linimentum è Gummi Elemi.

Gummi Elemi,
Terebinthinæ Abietinæ ana ℥iß.
Sevi Vervecini antiqui & depurati,℥ii.
Pinguedinis Porcinæ antiquæ & depuratæ ℥i.
liſce, fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum aureum.

Ceræ Citrinæ ℔ß,
Olei communis ℔ij.
Terebinthinæ ℥ij.
Reſinæ Pineæ,
Colophoniæ, ana ℥iß.
Thuris,
Maſtiches, ana ℥j.
Croci ʒj.
queſcat primùm in oleo cera; mox addtâ Terebinthinâ, ſimul bulliant. Deferveſcentibus cætera omnia (quorum rocus ſit ultimus) tenuiſſimè pulverata

O inſper-

inſperge, & rudiculâ diligenter miſce, fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Baſilicon majus.

℞. Ceræ albæ,
Reſinæ Pini,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ,
Terebinthinæ,
Olibani,
Myrrhæ an. ℥j.
Olei ℥v.

Pulverentur olibanum & Myrrha, cæteriſquè liquatis ritè inſpergantur, ut fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Baſilicon minus,
ſeu,
Tetrapharmacum,

℞. Ceræ flavæ,
Reſinæ pinguis,
Picis Græcæ an. ℔ß.
Olei ℥ix.

Liquata commiſceantur, & fiat ſ. a.
Unguentum.

Unguentum ex Bdellio.

℞. Bdellii ℥vi.
Euphorbii,
Sagapeni ana ℥ß.

Caſto

Caſtorei ℥iii.
Ceræ ℥xv.
Olei Sambucini, vel Keirini ℥x.
dellio & Sagapeno in aqua Rutæ agre-
is diſſolutis, cætera ad Balnei calorem
niantur.

Unguentum de Calce.

. Calcis ſepties ad minimum ablutæ ℔ß.
Ceræ ℥iij.
Olei roſati ℔i.
gitentur omnia diligenter in mortario
umbeo, Cera prius ad lentum ignem in
ıantitate ſufficienti
Olei præſcripti mollitâ.

Unguentum Dialthææ.

Olei communis ℔iv.
Mucilaginis radicum Althææ,
Sem. Lini & Fœnugræci ℔ii.
ılliant ſimul, donec aquoſior Mucilagi-
nis pars ſit abſumpta. Tum adde
Ceræ ℔ß.
Reſinæ ℥iii.
Terebinthinæ ℥i.
rcoq; ad conſiſtentiam Unguenti. Pa-
tur autem dicta mucilago ex radicum
centium & contuſarum ℔i. Seminis

utriusq; ana ℔ß. maceratis & coctis aquæ fontanæ ℔viii. & poſteà expreſſi:

Unguentum Diapompholygos, ſive Nihili

℞. Olei Solani ℥xvi.
Ceræ albæ,
Ceruſſæ lotæ ana ℥iv.
Plnmbi uſti & loti,
Pompholygos præparatæ ana ℥ii.
Thuris purioris ℥j.

Redigantur in formam Unguenti ſ. a.

Unguentum Enulatum.

Radicum Enulæ in aceto coctarum contuſarum &cretarum ℔i.
Terebinthinæ eodem decocto lotæ
Ceræ novæ ana ℥ii.
Axungiæ Porcinæ veteris ſalitæ ℥x.
Olei veteris ℥iv.
Salis communis ℥i.

Axungiæ, Ceræ, & Oleo liquefactis add Terebinthinam, Pulpam Enulæ Salemque minutiſſimè pulveratum, & fac unguentum ſ. a.

Unguentum Enulatum cum Mercurio.

Fit expriori unguento, immixtis unciis duabus Hydrargyri, non ſolùm ſalivâ aut ſucco Limonum, ſed etiam totâ Terebin-

thi-

inâ ad hoc ſervatâ & Axungiæ parte in ortario lapideo indefeſsâ agitatione tincti.

Unguentum Laurinum vulgare.

Foliorum Lauri contuſ. ℔i.
Baccarum ejusdem contuſ. ℔ß.
Folior. Braſſicæ ℥iv.
Olei ex pedibus bovinis ℔v.
Sevi bovini ℔ii.

oquantur ſimul & colentur, ut ſiat Unentum ſecundum artem.

Unguentum de Minio, ſeu Rubrum Camphoratum,

Olei Roſacei ℔iß.
Minii ℥iii,
Lithargyri ℥ii.
Ceruſſæ ℥iß.
Tutiæ ℥iii.
Camphoræ ʒii.
Ceræ ℥iß.

â & Piſtillo plumbeis fiat unguentum ſecundum artem.

Unguentum è Nicotiana ſeu Peto.

Folior. Nicotianæ contuſæ ℔ii. Maata totam noctem in vino rubro; & mane, donec vinum abſumptum

 ſit,

ſit, coque cum Axungiæ Porcinæ recentis diligenter lotæ ℔i. colaturæ adde

Succi Nicotianæ depurati ℔ß.

Reſinæ abiegnæ ℥vi.

Iterum coque ad ſucci neceſſariam exhalatiouem, & ſub finem inſperge

Radicum Ariſtolochiæ rotundæ pulveratæ ℥ii.

Ceræ novæ q. ſ.

Fiat ſ. a. Unguentum.

Unguentum Nutritum, ſeu Tripharmacum.

℞. Lithargyri Auri tenuiſſimè lævigati ℔ß.

Acetti Vini ℔i.

Olei roſati ℔ii.

Nutriatur in mortario Lithargyrus, viciſſim affuſo modò Oleo, modò Aceto; donec continuâ agitatione Acetum amplius non compareat, & unguentum evadat albidum.

Unguentum Ophthalmicum.

℞. Boli Armenæ in aqua Roſarum lotæ ℥j.

Lapidis Calaminaris in aqua Euphragiæ loti,

Tutiæ præparatæ, ana ʒij.

Marga-

Margaritarũ tenuiſſimè lævigatarũ ʒß.
Caphuræ ℈ß.
Opii gr. v.
Butyri recentis aq. Plantaginis loti q ſ.
at Unguentum ſ. a.

Unguentum ex Oxylaphato.

Radicis Oxylaphati in aceto ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum trajectæ,
Sulphuris in ſucco Limonum abluti ana ℥iß.
Axungiæ ſuillæ in ſucco Scabioſæ ſæpius lotæ ℔ß.
Unguenti Populnei ſucco Enulæ nutriti ℥ß.
Omnibus in mortario ſubactis fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum è Plumbo.

Plumbi ſ, a. uſti,
Lithargyri ana ℥ij.
Ceruſſæ,
Antimonii ana ℥i.
Olei Roſati q. ſ.
at unguentum ſ. a.

Unguentum Pomatum.

c. Axungiæ Porcinæ recentis ℔iii.
Sevi Ovilli recentis ℥ix.

Pomorum (vulgò *Pome-waters*) excor-
ticatorum & conciſorum ℔i, ℥ix.
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ, ℥vj.
℞ Radicis Ireos Florentinæ craſſiuſcul
pulveratæ ʒvi.
Bulliant ſimul in B. M. donec Poma li-
queſcant. Dein cola ſine expreſſione
& ſervetur uſui.
Interim calefiat denuo parum; & nova
aquâ Roſaceâ lavetur, addanturque ſin-
gulis ejus libris Olei ligni Rhodii gtt. xii.

Unguentum Potabile.

℞ Butyri recentis ſine ſale ℔iß.
Spermaticis Ceti,
Rubiæ Tinctorum,
Radicum Tormentillæ,
Caſtorei ana ℥ß.
Bulliant, ut decet, in Vini odorati q. ſ.
donec vinum abſumátur, & fiat Unguen-
tum ſ. a.

Unguentum Reſinum.

℞ Reſinæ Pini Puriſs.
Terbinthinæ,
Ceræ Citrinæ lotæ,
Olei, ana partes æquales.
Liquentur fiatque unguentum ſecundùm
artem. *Unguen-*

Unguentum Roſatum.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis purgatæ ℔i.
Roſarum rubrarum recentium ℔ß.
Succi earundem ℥iij.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Rubrum Deſiccativum.

℞. Olei Roſati Omphacini ℔i.
Ceræ albæ ℥v.
Liquatis inſperge in mortario plumbeo.
Terræ Lemniæ, vel Boli Armenæ,
Lapidis Calaminaris ana ℥iv.
Lithargyri Auri,
Ceruſſæ ana ℥iij.
Caphuræ ʒj.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum è Solano.

℞. Succi è Solano,
Lithargyri loti ana ℥v.
Ceruſſæ lotæ ℥viij.
Ceræ albæ ℥vii.
Thuris pulv. ʒx.
Olei Roſacei, pluries in aquâ ſimplici loti ℔ij.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Tutiæ.

℞. Tutiæ præparatæ ℥ii. Lapidis Calaminaris ſæpius uſti & extincti in aqua Plantaginis, ℥i.

Pulverentur tenuiſſimè, & cum unguenti Roſacei ℔iß. fiat

Unguentum ſ. a.

Valentia Scabioſa, Celebre inter noſtrates Chirurgos ante trecentos ferè annos Unguentum: uti etiam Tapſivalentia, & Tapſimel, quæ proximè ſequuntur.

℞. Succi virentis Scabioſæ prelo expreſſi & per pannum colati,

Axungiæ Porcinæ mundatæ ana q. v.

Contundatur Axungia in pila lapidea, elato, non in orbem acto, piſtillo; paulatimque interea affundatur ſuccus, commodioris miſturæ & tincturæ causâ. Mox ſimul in vas idoneum Soli obvertendum conjicito, & ut ſuccus axungiam ſupereminead, curato. Exactis in hunc modum novem diebus, ad pilam & piſtillum, ut ante, revoca; ejiciaturque, quam contundendo, non diſterendo expreſſiſti, tenuis & decolor humiditas; rurſumque per quinque dies

dies in ſuo vaſe recondatur Axungia. Quibus elapſis, contunde de novo, ſenſimque admiſce recentem Scabioſæ ſuccum; iterumque poſt quindecim dierum in Sole & ſuo vaſe moram ab aquoſa humiditate, ut priùs, liberetur. Tandem cum recenti ſucco in alios quindecim dies reponatur; &, quintâ demum vice, diligenter contuſa in vaſe vitreo vel invitreato ſervetur uſui.

Tapſivalentia.

Succi Tapſi Barbari.

Axungiæ Porcinæ ana q. v.

Fundetur axungia, fruſtatimque concidatur; & cum ſucco expreſſo & colato ſedulò contundatur, ut in proximè præcedenti unguento dictum eſt. Hinc ſervetur in vaſe idoneo in nonum decimumve diem. Dein his porrò ſemel cum recenti ſucco, donec penitus vireſcat; atque iterum ſine ſucco (adeoque effuſo, quicquid innatat prioris) ſtrenue contuſa, in uſum (ut decet) recondatur.

Tapſimel.

Succi Chelidoniæ,

Tapſi Barbati ana p. j.
Mellis deſpumati p. iij.

Coque ſenſim, donec ſucci evanuerint; additisque (præcipiente Artifice) Vitriolo & Alumine conbuſtis & Atramento, rurſum coque, ut fiat unguentum ſ. a.

UNGUENTA MAGIS COMPOSITA.

Unguentum Agrippæ.

℞. Rad. Bryoniæ ℔ii.
Cucumeris agreſtis ℔i.
Laminarum Scillæ ℔ß.
Radicum Ireos noſtratis recentis ℥iii.
Radic. Filicis maris,
Ebuli,
Tribuli aquatici, vel Ari an. ℥ii.

Tuſa omnia recentia macerentur, diebus ſex ſeptemve in olei veteris albiſſimi non rancidi ℔iv.

Coquantur deinde & exprimantur, inque expreſſo oleo liquefiant Ceræ albiſſimæ ℥xv. & fiat unguentum ſ. a.

Unguentum de Alabaſtro.

℞. Succi Chamæmeli ℥iv,
Roſarum rub.

Radi-

Radicum Althææ ana ℥ii.
Rutæ recentis,
Betonicæ, ana ℥iß.
Olei Roſacei Omphacini ℔iß.
Alabaſtri puri ſubtiliſſimè pulverati
℥iij.
iſce, & mitte in ſequentem diem: tum
que donec ſucci abſumantur, injectis-
ıe Ceræ albæ ℥vi. fiat unguentum ſ. a,

Unguentum Mariatum.

Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ,
Abſinthii,
Amygdalarum amararum ana ℥iß.
Sucei florum vel foliorum Perſicæ, Abſinthii aua ℥ß.
Pulv. Rutæ,
Menthæ,
Gentianæ,
Centaurii min.
Tormentillæ, ana ʒi.
Sem. Caulium,
Pulpæ Colocynthidos, ana ʒii.
Aloës Hepaticæ ʒiii.
Farinæ Lupinorum ℥ß.

Myrrhæ in aqua Graminis lotæ ʒiß.
Fellis Taurini ℥ß.
Cum ſucci Limonum q. ſ. & Ceræ ℥iß
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Apoſtolorum.

℞. Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ flavæ,
Ammoniaci, ana ℥xiv.
Rad. Ariſtolochiæ longæ,
Thuris maſculi,
Bdellii ana ʒvi.
Myrrhæ,
Galbani an. ℥ß.
Opopanacis,
Æruginis ana ʒii.
Lithargyri ʒix.
Olei ℔ii.
Aceti q. ſ. Ammoniaco, Opopanaci & Galbano diſſolvendis.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Aregon.

℞. Roriſmarini,
Majoranæ,
Serpylli,
Rutæ,

Radi-

Radicum Ari,
Cucumeris agreſtis ana ℥ivß.
Folior. Lauri,
Salviæ,
Sabinæ,
Rad. Bryoniæ, ana ℥ii.
Conyzæ,
Laureolæ, ana ℥ix.
Folior. Cucumeris aſinini,
Nepetæ, ana ℔ß.

mnĩa menſe Majo rcenter collecta, ea-
emque expurgata, tuſa, totosque dies
ptem in Olei optimi ℔vi. & ſpiritûs vi-
℔i. macerata coque ſenſim, dum ſpiri-
s exſpiraverit. Hinc percoletur Oleum,
quo liquentur.

Ceræ, ℥xvi.
Adipis Urſini,
Olei Laurini, ana ℥iii.
Moſchelæi ℥ß.
Petrolei ℥i.
Butyri ℥iv.

gita demum, & tenuiſſimè tritis in-
erge

Maſtiches, ʒvii.
Pyrethri,
Euphorbii,

Zingi-

Zingiberis,
Piperis ana ℥i.
M. Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum de Artanitæ.

℞. Succi Artanitæ. i. e. Cyclaminis; vel ejus defectu Decocti Radicum validi ℔iii.
Succi Cucumeris agreſtis,
Butyri Vacini ana ℔i.
Olei Irini ℔ii.
Pulpæ Colocynthidos ℥iv.
Polypodii ℥vi.
Euphorbii ℥ß.

Contuſis contundendis, macerentur omnia ſimul in vaſe vitreato arctè clauſo per octiduum. Poſteâ coquantur in duplici vaſe, donec ſucci ferè evaneſcant: hinc exprimantur, & in expreſſo liquefiant.
Ceræ flavæ ℥v.
Tepentibus adhuc immiſce primùm
Sagapeni in aceto ſoluti,
Fellis Taurini ad Mellis ſpiſſitudinem in Balneo cocti, ana ℥i.

Deinde inſperge, quæ ſequuntur pulverata.

Scammo-

Scammonii,
Turbith,
Colocynthidos,
Baccarum vel foliorum Mezerei,
Aloës ana ʒvii.
Salis Gemmæ ℥ß,
Euphorbii.
Piperis longi,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Florum Chamæmeli, ana ʒiii.
M. Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Catapſoras.

Rec. Ceruſſæ in aqua Portulacæ priùs lotæ, deinde in Aceto poſt maceratas in eo Raphani ſylveſtris radices, expreſſo,
Lap. Calaminaris,
Chalciteos ana ʒvj.
Plumbi uſti,
Sanguinis Htrcini, ana ℥ß.
Argenti vivi ſublimati ℥j.
Succor. Sempervivi,
Solatri,
Plantaginis, ana ℥ij.
Axungiæ Porcinæ à pelliculis mundatæ ℔iij.

Olei-

Olei Violarum,
Papaveris.
Mandragoræ, ana ʒj.

Primò ſublimatum ex Axungia; deinde Olea, Succi, & Pulveres ritè miſceantur, ut

Fiat unguentum ſ. a.

Ungueutum Citrium ſeu Citrinum.

Rec. Chryſocollæ ℥j.
Caphuræ ʒj.
Corallii albi ℥ß.
Aluminis plumoſi ℥j.
Umbilici marini,
Tragacanthæ albiſs.
Amyli ana ʒiij.
Cryſtalli,
Dentalis,
Entalis,
Olibani i. e. Thuris albiſs.
Nitri,
Marmoris albi, ana ʒij.
Gerſæ ſerpentariæ, ex radicibus Dracuntii minoris factæ, ℥j.
Ceruſſæ vulgaris ℥vj.
Adipis ſuilli recentis mundi, nec ſaliti ℔iß.

Sevi

Sevi Caprini præparati ℥iß.
Adipis Gallinacei ℥iiß.
ulveratis primò quæ decet ſimul & ſeor-
m, liquentur in Ollâ fictili mundati adi-
es, & in iisdem mala Citria duo medio-
ria fruſtatim conciſa in Balneo calido
acerentur. Fiat poſt exactam ſeptima-
am colatura, eidemque ſenſim inſperge
ulveres; inter quas Caphura & Borax
int poſtrema. Demum agita diligenter
n formam Unguenti.

Unguentum Comitiſſæ.

Corticis Mediani { Glandium, Caſtanearum, Quercus arboris, Fabarum,
Baccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum imperforatarum,
Acinorum Uvarum,
Sorborum immaturorum ſiccorum,
Meſpilorum immaturorum ſiccorum,
Foliorum Pruni ſylveſtris,
Radicum Biſtortæ,
Tormentillæ ana ℥iß.
Terantur omnia craſſiuſculè, & in aquæ
Plan-

Plantaginis ℔x, coquatur ad medias, deinde

Rec. Ceræ Citrinæ novæ ℥viiiß.
Olei Myrtini ſimplicis ℔iiß.
Liquentur hæc, laventurque novies decocto ſuperiori toties diviſo.
Lotis autem & liquatis inſperge pulveris.

Corticum mediaorum { Glandium, Caſtanearum, Quercûs Arboris.
Gallarum imperforatarum,
Succi Hypocyſtidis,
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Uvarum immaturarum,
Sorborum immaturorum ſiccorum, ana ℥ß.
Trochiſcorum de Carabe ℥ij.

M. & cum Olei Maſtichini illoti q. ſ. Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Martiatum.

Rec. Foliorum Lauri recentium ℔iij.
Rutæ hortenſis ℔iiß.
Majoranæ ℔ij.
Menthæ ℔i.
Salviæ, Abſin-

Abſinthii,
Balſamitæ,
Ocymi, ana ℔ß.
Olei Olivar ℔xx.
Ceræ Citrin. ℔iv.
Vini Malvatici ℔ii.
Ex tuſis, maceratis, coctis, & expreſſis ut decet, fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Maſtichinum.

Rec. Olei Maſtichini,
Abſinthii,
Nardini, ana ℥j.
Maſtiches,
Menthæ,
Roſarum rubr.
Coralii rub
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Schœnanthi, ana ℥j.
Ceræ q. ſ.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Neapolitanum.

Rec. Axungiæ Suillæ ſucco Salviæ lotæ, ℔j.
Hydrargyri per alutam trajecti, & ſaliva ritè extincti, ℥iv.

Olei

Olei Laurini,
Chamæmelini,
Lumbricorum ana ℥ij.
De ſpica ℥iß.
Spiritûs Vini ℥j.
Ceræ flavæ ℥ij.
Terebinthinæ ſucco Enulæ-lotæ ℥iii.
Pulveris Chamæpytios,
Salviæ, ana ʒii.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Nervinum.

Rec, Folior. Paralyſeos cum floribus,
Salviæ,
Roriſmarini,
Lavendulæ,
Lauri cum Baccis,
Chamæmeli,
Rutæ,
Apii,
Melioti cum flore,
Abſinthii ana mj.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegii,
Petroſelini,
Centaurii minoris,
Hyperici ana mß.

Olei

Olei ex pedibus Ovinis vel Bovinis ℔v.
Sevi Ovini vel Bovini, vel alterutrius Medullæ ℔ij.
Olei de Spica ℥ß.
Contuſis coctiſque herbis cum Oleis & ſevis fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Pectorale.

Rec. Butyri recentis aquâ Violarum loti ℥vi.
Olei Amygdalarum dulcium ℥iv.
Chamæmelini,
Violacei,
Ceræ albæ ana ℥iii.
Adipis Gallinæ,
Anatis ana ℥ii.
Radicum Ireos ʒij.
Croci ʒß.
Poſterioribus duobus tenuiſſimè pulveratis liquatiſque reliquis. & aquâ Hordei vel Hyſſopi ſæpius loti, fiat Unguentum ſ.a.

Unguentum Populneum.

Rec. Gemmarum Populi nigræ recentium ℔ß.
Folior. Violarum,
Umbilici Veneris muralis ana ℥iii.

Axun-

Axungiæ Porcinæ recentis & inſulſ[æ]
℔iii.

Contuſis, miſtis ſimulque maceratis i[n]
menſe Majo, adde

Cymarum Rubi tenerrimarum,
Folior. Papaveris nigri,
Mandragoræ,
Hyoſcyami,
Solani,
Lactucæ,
Semper-vivi { majoris, minoris,
Bardanæ majoris ana ℥iij.

Contuſis denuò ſimulque permiſtis o-
mnibus & affusâ poſt decimum diem
Aquæ Roſarum ℔i.

Coque, dum omnis ſuperflua humidita[s]
abſumatur: hinc colentur, & expri-
mantur, ut

Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum Reſumptivum.

Rec. Axungiæ Porcinæ recentis ℥iii,
Adipis Gallinæ,
Anſeris,

Anatis

Anatis, ana ℥ii.
Œſypi humidæ ℥ß.
Olei Violacei,
Chamæmelini,
Anethini, an. ℥ii.
Butyri recentis ℔i.
Ceræ albæ ℥vi.
Mucil. Gum. Tragacanthæ,
Arabici,
Sem. Cydoniorum,
Lini,
Rad. Biſmalvæ ana ℥ß.
[M]ucilagines aquâ roſaceâ extrahantur;
additiſque reliquis,
[F]iat unguentum ſ. a.

Unguentum Splanchnicum.

Olei Capparum ℥i.
Liliorum alborum,
Chamæmelini,
Butyri recentis ab agitatione,
Succi Bryoniæ,
Cyclaminis ana ℥ß.
[C]octis ad Succorum exhauſtum adde
Gum. Ammoniaci aceto ſoluti ℥iiß.
Pinguedinis Gallinæ,
Oeſypi,

Medullæ cruris Vituli, ana ℥ß.
Pulv. Cort. Rad. Tamariſci
Capparum,
Filicis
Ceterach, ana ʒi.
Sem. Agni Caſti,
Geniſtæ, ana ℈i.
Ceræ q. ſ.
Fiat unguentum ſ. a.

Unguentum ſplanchnicum Magiſtrale.

℞. Corticis Rad. Capparum ʒvj.
Rad. Bryoniæ,
Iridis Florentinæ,
Farinæ Sem. Fœnic. dulcis.
Ammoniaci aceto ſoluti, ana ℥ß.
Comarum Abſinthii,
Florum Chamæmeli, ana ʒi.
Unguenti è ſuccis,
è floribus Aurantiorum ana ℥vi
Olei Irini,
Capparum, ana ℥iß.
Pulverentur, quæ decet, & cribrentur
cæteriſque in mortario calido diligen-
ter admixtis,
Fiat Unguentum ſ. a.

Unguentum è ſuccis.

℞. Suc. Ebuli ℥viij. Apii

Apii,
Petroſelini, ana ℥iv.
Abſinthii,
Ireos, ana ℥v.
Olei communis ℔ß.
Liliorum alborum ℥x.
Abſinthii,
Chamæmelini, ana ℥vi.
Pinguedinis Anatis.
Gallinæ, ā ℥ii.
Coquantur ſimul lento igne, donec ſucci abſumantur. Dein cola, & cum
Ceræ albæ ℥vii.
Aceti vini albi tantillo
Fiat Unguentum f. a.

Unguentum Sumach.

℞. Sumach,
Gallarum immaturarum.
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorii,
Corticum Glandium,
Nucum Cupresſi,
Acaciæ veræ, vel Germanicæ,
Maſtiches, ana ʒx.
Ceræ albæ ℥v.

Olei roſati in Aqua aluminoſa ſæpius loti ℔i. ℥x.

Pulverendorum fiat pulvis tenuiſſimus, quatuorque dies integros maceretur in ſucci Meſpilorum & Sorborum immaturorum ana q. ſ. Dein ſiccetur ad ignem minùs acrem, & cum Oleo & Cera præſcriptis coque in Unguentum.

C E R A T A.

Ceratum de Galbano.

℞. Galbani præparati ℥iß.
Aſæ fœtidæ ℥ß.
Bdellii ʒi.
Myrrhæ rubeæ ʒii.
Ceræ ℥ii.
Sem. Dauci ℈i.
Matricariæ,
Artemiſiæ, ana ʒß.
Gummi diſſolvantur in aceto, & fiat Ceratum ſ. a.

Ceratum Oeſypatum.

℞. Oeſypi ℥x.
Olei Chamæmelini,
Irini, ana ℔ß.
Ceræ flavæ, ℔ii.

Reſi-

Reſinæ ℔i.
Maſtiches,
Ammoniaci,
Terebinthinæ ana ℥i.
Spicæ Nardi ʒiiß.
Croci ʒiß.
Styracis Calamitæ ℥ß.
Fiat Ceratum ſ. a.

Ceratum Santalinum.

℞. Santali rubri ʒx.
albi,
Citrini ana ʒvi.
Roſarum rub. ʒxii.
Boli Armeni ʒvii.
Spodii ex Ebore ʒiv.
Camphoræ ʒii.
Ceræ albæ lotæ ℥iii. ʒvi.
Olei Roſacei Omphacini ℥vi.
Fiat Ceratum ſ. a.

EMPLASTRA.

Emplaſtrum ex Ammoniaco.

℞. Ammoniaci,
Furfuris frumenti optimè cribrati, ana ℥i.
Unguenti Dialthææ,

Emplaſt. Melioti comp.
Pulveris Rad. Bryoniæ,
Ireos, ana ℥ß.
Pingued. Anatis,
Anſeris,
Gallinæ, ana ʒiii.
Bdellii,
Galbani, ana ʒiß.
Reſinæ Pini,
Ceræ, ana ℥v.
Olei Irini,
Terebinthinæ, ana ℥ß.

Bulliant pinguedines & Oleum cum Mucilag. Sem. Lini & Fœnigræci ana ℥iij. ad conſumptionem Mucil. Colaturæ adde Ceram, Reſinam, Terebinth. ung. Dialthææ cum Emplaſtro de Meliloto, & cùm incipit refrigeſcere, adjunge Ammoniacum in Aceto ſolutum, dein Bdellium pulveratum cum reliquis pulveribus, ſic fiat Emplaſtrum, ut artis eſt.

Emplaſtrum è Baccis Lauri.

℞. Baccarum Lauri excorticatarum,
Terebinthinæ ana ℥ii.
Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana ℥i.

Cyperi,

Cyperi,
Coſti, ana ℥ß.
Mellis non deſpumati, & leviter tantùm calefacti ℥iv.
iat Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum Barbarum magnum.

℞ Picis ſiccæ ℔viii.
Ceræ Citrinæ ℔vi. ℥viii.
eſinæ Pinj ℔v. ℥iv.
Bituminis Judaici, vel Mumiæ ℔iv.
Olei ℔iß.
Æruginis æris,
Lithargyri,
Ceruſſæ, ana ℥iii,
Thuris ℔ß.
Aluminis liquidi, vel Rochæ non uſti ℥iß.
ſciſſilis, vel Rochæ combuſti ℥iv.
Opopanacis,
Squamæ æris,
Galbani ana ℥xii.
Aloës,
Opii,
Myrrhæ, ana ℥ß.
Terebinthinæ ℔ii.
Succi Mandragoræ, vel Cort. rad. ſic. ℥vi.

 Aceti

Aceti ℔v.

Lithargyrus, Ceruſſa, Oleum coquantu ad mellis ſpiſſitudinem. Pix liquefact cum pulvere Bituminis incorporetur addantur & coquantur alia ſ. a. done Acetum conſumatur, neç manus inqui nentur.

Emplaſtrum de Betonica.

℞. Betonicæ viridis,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Salviæ,
Pulegii,
Millefolii,
Conſolidæ majoris.
Gallitrici, ana ℥vi.
Thuris,
Maſtiches, ana ʒiii.
Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana ʒvi.
Ceræ albæ,
Terebinthinæ, ana ℥viij.
Reſinæ Pini ℥vi.
Gum. Elemi,
Olei Abietini ana ℥ii.
Vini albi ℔iii.

Contu-

Contuſæ herbæ coquantur in vino, dein colentur, addanturque reliqua, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum Cæſaris.

℞. Roſarum rubrarum ℥iß.
Rad. Biſtortæ,
Nucum Cupreſſi,
Santalorum omnium,
Menthæ,
Sem. Coriandri ana ʒiij.
Maſtiches ℥ß.
Hypociſtidos,
Acaciæ,
Sang. Draconis,
Terræ ſigillatæ,
Boli veræ,
Corallii rubri, ana ʒii.
Terebinth. aq. Plantaginis lotæ, ℥iv.
Olei Roſacei ℥iij.
Ceræ albæ ℥xii.
Reſinæ Pini ℥x.
Picis ℥vi.
Succorum Plantaginis,
Sempervivi,
Telephii, ana ℥i.

Ceræ, Reſinæ, Pici ſimul liquatis adde

Terebinthinam & Oleum, deinde Hypo ciſt. & Acaciam in dictis ſuccis diſſolu tas, & tandem pulveres, ut fiat Empla ſtrum ſ. a.

EmplaſtrumCatagmaticum Primum.

℞. Succi Rad. Althææ ℥vi.
Cort. Rad. Fraxini, & foliorum eju
Rad. Conſolidæ majoris & minori
unâ cum foliis ana ℥ii.
Baccarum Myrti ℥iß.
Foliorum Salicis,
Summitat. Hyperici, ana miß.

Contuſis contundendis, bulliant ſimul in vini rubri adſtringentis, & aquæ faborum ana ℔ii. ad medias;
Colaturæ adde
Olei Myrtini,
Roſacei Omphacini, ana ℔iß.
Sevi Hircini ℥viii. denuo coquantur ad conſumptionem decocti, iterum co- lentur, & Colaturæ adde
Lithargyri Auri.
Argenti,
Minii ana ℥iv.
Ceræ flavæ ℔j.
Colophoniæ ℔ß.

Coquan-

Coquantur ad conſiſtentiam Emplaſtr. tunc adde

Terebinthinæ claræ ℥ij.
Myrrhæ,
Thuris,
Maſtiches ana ℥ß.
Boli Armenæ,
Terræ Sigillatæ, ana ℥i.

Baculo optimè agitentur, dum decoquuntur, & fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

Catagmaticum Secundum.

℞. Rad. Symphyti majoris,
Althææ,
Viſci Quercini ana ℥ii.
Plantaginis,
Chamæpytios,
Hyperici, ana mj.

Fiat decoctio in æquis partibus vini nigri & aquæ fabrorum ad medias, Colaturæ adde

Mucilag. Sem. Cydoniorum in decocto Omazorum extractæ,
Olei Maſtichini,
Roſacei, ana ℥iv.

Coquantur denuo ad humiditatis ab-
ſumptionem: Colaturæ adde
Lithargyri Auri ℥iv. & coq. ad con-
ſiſtentiam Emplaſtri, tum adde
Ceræ Citrinæ ℥iv.
Terebinthinæ ℥iij.
Colophoniæ, ʒvi.
Picis navalis ℥x.
Pulveris Balauſtiorum,
Roſarum,
Myrtillorum,
Acaciæ, ana ℥ß.
Mumiæ,
Granorum Androſæmi,
Maſtiches,
Succini ana ʒvi.
Boli Armenæ,
Farinæ volatalis,
Thuris, ana ʒxii.
Sang. Draconis ℥ii.
Fiat Emplaſt. ſ. a.

Emplaſtrum Cephalicum.

℞. Reſinæ claræ ℥ii.
Picis nigri ℥i.
Labdani,
Terebinthinæ,

Fari-

Farinæ Fabarum,
Orobi,
Stercoris Columbini ana ℥ß.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana ʒiß.
Gum. Juniperi,
Nucis Moſchatæ ana ʒii.
Diſſolvatur Myrrha cum Labdano in mortario calido, reliquisque admiſtis, fiat Emplaſtrum ſecundum artem.
Sivis fortius, adde
Pulv. Euphorbii,
Pyrethri,
Piperis nigri, ana ℈ii.

Emplaſtrum de Ceruſſa.

℞. Ceruſſæ ſubtiliſſimæ tritæ,
Ceruſſæ albæ,
Olei Olivar. ana ℥iii.
Ceruſſæ ſenſim adde Oleum, & lento igne bulliant aſſiduò agitando, donec detumuerint, dein paulatim addatur Cera minutim conciſa, coquantur demum omnia ad juſtam conſiſtentiam ſ. a.

Emplaſtrum ex Cicuta cum Ammoniaco.

℞. Succi foliorum Cicutæ ℥iv.
Aceti Scillit.

Gum. Ammoniaci ana ℥viii.

Diſſolvatur Gummi in Succo & Aceto po[...] debitam infuſionem, dein colentur, & re[...] ducantur in conſiſtentiam Emplaſtri ſe[...] cundum artem.

Emplaſtrum è Cinnabari.

℞. Cinnabaris ℥iß.
Euphorbri,
Auripigmenti ana ʒiiß.
Pulverêtur ſubtiliſſimè, & uniantur c[...]
Galbani colati,
Picis Burgund, ana ℥iiß,
Emplaſtri è mucilaginibus ℥iii.
Ung. Ægyptiaci ℥ß. & fiat Emplaſt. ſin[...] Coctione.

Emplaſtrum è Cruſta Panis.

℞. Maſtiches,
Menthæ,
Spodii,
Coral. rubri,
Santalorum omnium ana ʒi.
Olei Maſtichini.
Cydoniorum, ana ʒiß.
Cruſtæ panis toſtæ in Aceto Roſaceo acerrimo ter infuſæ totiesque exſiccatæ,
Labdani ana ℥ii.
Reſinæ ℥iv.

Styra-

Styracis Calamitæ ℥ß.
Farinæ Hordei ʒv.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum è Cymino.

℞. Sem. Cymini,
Bac. Lauri,
Ceræ Citrinæ, ana ℔i
Reſinæ Pini ℔ii.
Communis ℔iij.
Olei Anethini ℔ß.
Miſce, Fiat Emplaſtrum.

Emplaſtrum Diachalciteos.

℞. Axungiæ Porcinæ inſulſæ & recentis, à membranis purgatæ ℔ii.
Olei Olivar. Omphacini,
Lithargyri Auri triti & cribrati ana ℔iij.
Vitrioli albi uſti & pulverati ℥iv.
Lithargyrum Axungia & Oleum ſimul coquantur lento igne (cum momento aquæ Plantaginis) Spatulâ ſemper agitando ad conſiſtentiam Emplaſtri, cui ab igne remoto injiciatur Vitriolum, & fiat maſſa ſ. a.

Diachylon Simplex.

℞. Mucilag. Sem. Fœnigræci,
Lini,

Rad.

Rad. Althææ, ana ℔i.

Olei veteris clari ℔iii.

Coquantur ad coſumptionem mucilag
Colaturæ adde Lithargyri Auri tenuiſſ
mè triti, ℔iß. Denuo coquantur cum
paucâ aqua lento igne ſpathâ ſemper agi
tando ad juſtam craſſitiem ſ. a.

Diachylon Ireatum.

Adde Pulveris Ireos ℥i. ſingulis libris Dia
chyli ſimplicis. & erit Ireatum.

Diachylon Magnum.

℞. Mucilag. Uvarum paſſarum,
Caricarum pinguium,
Rad. Althææ,
Sem. Lini,
Fœnigræci,
Viſci Aucupum,
Succi Ireos,
Scillæ, ana ℥xiiß.
Oeſypi, vel Olei ex pedibus ovillis, ℥iß
Olei Irini,
Chamæmelini,
Anethini, an. ℥viii.
Lithargyri Auri tenuiſſimè pulvera-
ti ℔i.
Terebinthinæ ℥iii.
Reſinæ Pini,

Ce-

Ceræ flavæ, ana ℥ii.
ſoquantur Olea cum mucilaginibus &
ıccis ad humiditatis abſumptionem, Co-
ıtur Oleum à fæcibus, Colaturæ adde
ıthargyrum, & coquantur ad conſiſten-
am, deinde Reſinam & Ceram. Ultimò
ım ab igne removetur Terebinth. Oe-
ypum & viſcum ſimul ſolut, & fiat Em-
laſtrum ſecundùm artem.

Diachylon Magnum cum Gummi,

℞. Bdellii,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana ℥ii.

)iachyli magni maſſæ addantur vino pri-
s ſoluta, colata, & ad mellis craſſitiem
octa, ſic fiat Diachylon cum Gummi.

Diachylon Compoſitum, ſive Emplaſtrum è Mucilaginibus.

℞. Mucilaginis Cort. Mediani Ulmi,
Rad. Althææ,
Sem. Lini,
Fœnigræci ā ℥ivß.
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini, ana ℥iß.
Ammoniaci,

Galba-

Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis, ana ℥ß.
Ceræ novæ, ℥xx.
Terebinthinæ, ℥ii.
Croci, ʒii.

Vino ſolvantur Gummi, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Emplaſtrum Diaphœnicon Calidum.

℞. Ceræ Citrinæ ℥ij.
Reſinæ Pini,
Picis, ana ℥iv.
Olei Roſacei,
Nardini, ana ℥i.

Simul liquatis adde
Pulpæ dactylorum in vino odorato maceratorum ℥iv.
Carnis Cydoniorum in vino rubro coctorum, ℥i.

Dein pulveres ſequentes.

℞. Panis bis cocti in vino odorato macerati, & exſiccati ℥ii.
Maſtiches, ℥i.
Thuris,
Abſinthii,
Spicæ Nardi, ana ʒiiß,
Ligni Aloës,

Macis,

Macis,
Myrrhæ,
Aloës lotæ,
Acaciæ,
Trochiſ. Galliæ Moſchatæ,
è Terra Lemnia,
Calami aromat. ana ℥i.
Labdani ℥iii. M. F. Emplaſtr. ſecundum artem.

Diaphœnicon Frigidum.

Ceræ ℥iv.
Picis navalis ℥v.
Labdani ℥iiiß.
Terebinthinæ ℥iß.
Olei Roſacei ℥i.
Hiſce liquatis adde
Pulpæ dactylorum maturitati proximorum in vino auſtero coctorũ ℥iv.
Carnis Cydoniorum pariter coctorum,
Panis bis cocti in vino rubro ſæpius macerati, & exſiccati ana ℥i.
Styracis Calamitæ colatæ,
Acaciæ,
Omphacii,
Balauſtiorum,
Santal. Citrini,

Tro-

Trochiſc. è Terra Lemnia,
Myrrhæ,
Lig. Aloës ana ℥ß.
Maſtiches,
Roſarum rub. ana ℥iß.
Vini auſteri q. ſ. ad ſuccorum ſoluti-
nem.

M. F. Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum divinum.

Rec. Magnetis ℥iv.
Ammoniaci ℥iij. ʒiij.
Bdellii ℥ij.
Galbani,
Myrrhæ ana ʒx.
Olibani ʒix.
Opopanacis,
Maſtiches,
Ariſtolochiæ longæ,
Viridis Æris, ana ℥i.
Lithargyri,
Olei communis, an. ℔iß.
Ceræ novæ, ℥viii.

Lithargyrus tenuiſſimè pulveratus cum Oleo coquatur ad ſpiſſitudinem: tum Cera addatur, eâque liquata ab igne auferatur, & adjiciantur Gummi in vino vel

Aceto diſſoluta & colata; dein pul-
Myrrhæ, Maſtiches, Thuris, Ariſtolo-
æ, & Magnetis, poſtremo Æruginis &
Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum Epiſpaſticum.

c. Sinapeos,
Euphorbii,
Piperis longi, ana ℥iß.
Staphidi ſagriæ,
Pyrethri, ana ʒii.
Gum. Ammoniaci,
Galbani,
Bdellii,
Sagapeni, ana ʒiij.
Cantharid. integrarum ʒv.
Picis navalis,
Reſinæ,
Ceræ Citrinæ, ana ʒvi.
Terebinthinæ q. ſ. fiat Emplaſtrum
uſui reponendum.

plaſtrum à Noſtratibus flos unguentorum dictum

c. Reſinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ Citrinæ,
Sevi Ovilli, ana ℔ß.
Olibani, ℥iv,
Tere-

Terebinthinæ, ℥iiß,
Myrrhæ,
Maſtiches ana ℥j.
Caphuræ, ʒij.
Vini albi, ℔ß.
Coque in Emplaſtrum.

Emplaſtrum de Gummi Elemi.

Rec. Gum. Elemi, ℥iij.
Reſinæ Pini,
Ceræ puræ,
Ammoniaci, ana ℥ij.
Terebinth. ℥iiiß.
Vini Malvatici q. ſ.
Coquantur ad conſumptionem vini, tu
Ammoniacum Aceto ſolutum adjicatu

Emplaſtrum Griſeum de Lapide Calamina

Rec. Lap. Calaminaris præpar. ℥j.
Lithargyri ℥ij,
Ceruſſæ ℥ß.
Tutiæ, ʒj.
Terebinthinæ ʒvi.
Ceræ albæ, ℥iß.
Sevi Cervini ℥i.
Thuris electi ʒv.
Maſtiches ʒiii.
Myrrhæ ʒj.
Camphoræ ʒiß.

Co

onfice ſ. a.

Emplaſtrum ad Herniam.

ec. Gallarum,
Nucum Cupreſſi,
Malicorii,
Balauſtiorum,
Acaciæ,
Sem. Plantaginis,
Pſyllii,
Naſturtii,
Cupularum Glandium,
Fabarum torrefactarum,
Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ,
Myrtillorum, ana ℥ß.

[æc omnia pulverentur, & in Aceto Ro-
ceo macerentur per dies quatuor, dein-
e torrefiant, & exſiccentur: tum

Rec. Conſolidæ majoris & minoris,
Caudæ equinæ,
Glaſti,
Ceterach,
Rad. Oſmundæ Regalis,
Filicis, ana ℥j.
Thuris,
Myrrhæ,
Aloës,
Maſtiches,

Mu-

Mumiæ, ana ℥ij.
Boli Armenæ in Aceto lotæ,
Lapid. Calaminaris præparati,
Lithargyri Auri,
Sang Draconis, ana ℥iij.
Picis navalis, ℔ij
Terebinthinæ ℥vi. vel q. ſ. ut
Fiat Emplaſt. ſecundum artem.

Emplaſtrum Hyſtericum.

Rec. Rad. Biſtortæ ℔j.
Lig Aloës,
Santali Citrini,
Nucis Moſchatæ
Acinorum Berberorum,
Antheſæ, ana ℥j.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Schœnantûs,
Flor. Chamæmeli, ana ℥ß.
Thuris,
Maſtiches,
Aliptæ Moſchatæ
Galliæ Moſchatæ,
Styracis Calamitæ colatæ, ana ʒj.
Moſchi optimi ʒß.
Ceræ Citrinæ ℔iß.
Terebinthinæ ℔ß.

Mo-

Moſchelæi ℥iv.
Labdani, ℔iv.
Picis navalis, ℔iii.
‑râ cum ‑ice liquatâ Labdan. & Tere‑nthina addantur: dein Styrax, poſtre‑ò reliqua trita, & cribrata, ut fingatur ‑nplaſt. ſecundum artem

Emplaſtrum de Maſtiche.

Maſtiches, ℥iii.
Boli Armenæ in vino nigro lotæ ℥iß.
Roſarum rub. ʒvi.
Scobis Eboris,
Bacc. Myrtillorum,
Corallii rub. ana ℥ß.
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Tacamahacæ,
Labdani, ana ℥ii.
Ceræ flavæ, ℔ß.
Olei Myrtillorum ℥iv.
Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum de Melito Simplex.

Reſinæ puriſs. ℔viii.
Ceræ Citrinæ, ℔iv.
Sevi Ovilli ℔ij.
‑iſce liquatis adde Meliloti viridis mi‑

nutim conciſæ ℔v. Fiat ex arte Empl ſtrum.

Emplaſtrum de Meliloto Compoſitum.

℞. Florum Meliloti, ℥vi.
Chamæmeli,
Sem. Fænigræci,
Bacc. Lauri excorticatarum,
Rad. Althææ,
Comar. Abſinthii,
Majoranæ, ana ℥iij.
Sem. Apii,
Ammeos,
Cardamomi,
Rad. Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Caſſiæ Ligneæ, ana ℥iß.
Fiat omnium pulvis ſubtiliſs. addene Bdellii, ut cum reliquis pulver tur, ℥v.
Pulpæ Ficuum No. xii.

Incorporentur prædicta omnia cum En plaſtri de Meliloto ſimplicis ℔iß. Ter binthinæ ℥iß. Amoniaci in Aceto Cicuta ſoluti ℥iii. Styracis colatæ ℥v. Olei Sar ſuchini & Nardini, ana ℥ß. vel q. ſ. cu piſtil

ſtillo & mortario calidis fiat Emplaſtrum ſine coctione.

Emplaſtrum de Minio Compoſitum.

Olei Roſacei Omphacini, ℥xx.
Maſtichini, ℥ij.
Sevi Vervecini,
Vitulini ana ℔ß.
Lithargyri Auri,
Argenti,
Minii, ana ℥ii.
Vini odorati cyathum,
Bulliant omnia ſimul agitando lento igne (ſed ſub finem intenſiori) dum nigricent: tum adde
Terebinthinæ claræ ℔ß.
Maſtiches ℥ii.
Gum. Elemi ℥j.
Ceræ albæ q. ſ. bulliant iterum unica bullitione, & fiat Emplaſtrum uſui reponendum.

Emplaſtrum de Minio Simplicius.

Minii ℥ix.
Olei Roſarum rub. ℔iß.
Aceti vini albi ℥vi.
Coquantur in perfectam Emplaſtri conſiſtentiam.

Paratur etiam ſine Aceto, ſic;

℞. Minii ℔iß.

Olei Roſacei ℔iß.

Ceræ ℔ß.

Fiat Emplaſtrum ſ. a.

Emplaſtrum μητροπροπτωτικον.

℞. Maſtiches ℥iß.

Galbani purioris in vino rubro ſolu ti & colati ʒvi.

Terebinthinæ Cypriæ ʒij.

Nucum Cupreſſi,

Gallarum, ana ʒiß.

Olei Nucis Moſchatæ per expreſſio nem, ʒi.

Moſchi griiß.

Picis ex navibus vetuſtis deraſæ, ʒiiß.

Contundantur leviter Galbanum, Pix Terebinthina, & Maſtiche cum Piſtillo & Mortario calidis, ſub finem miſcendo O leum Nucis Moſchatæ, tum demum pau latim adjiciantur pulveres, & Moſchu ſuper marmore eum modico Olei Maſtic diſſolatus, & poſt exactam miſtionem fia Emplaſtrum.

Emplaſtrum Nervinum,

Rec. Olei Chamæmelini,

Roſacei, ana ℥ij.

Ma

Maſtichini,
Terebinthinæ,
Lini ana ℥iß.
erebinthinæ coctæ ℥iv.
vi Caſtrati Vituli,
Hircini, ana ℥iiß.
erbarum Roriſmarini,
Betonicæ,
Caudæ æquinæ,
Centaurii minoris, ana mj.
ermium terreſtrium lotorum, & in vino
purgatorum, ℥iii.
immitatum Hyperici mj.
aſtiches pulveratæ,
um. Elemi,
d. Rubiæ tinctorum, ana ℥x.
cis navalis,
eſinæ, ana ℥iß.
thargyri Auri,
Argenti, ana ℥iiß.
Minii ℥ii.
Galbani,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana ℥iij.

oquantur radices, herbæ, & vermes in
ini ℔iß. ad medias: deinde exprimantur,

tur, & expreſſum iterum bulliant cum O-
leis, Sevis, Lithargyro, & Minio ad vi-
conſumptionem: mox adde Gummi i-
vino ddoritero diſſoluta, poſtremò Tere-
binthinam, Reſinam, Picem, & Maſt-
chen pulverat. & F. Empl. ſ. a.

Emplaſtrum Oxycroceum.

℞. Croci,
Picis navalis,
Colophoniæ,
Ceræ Citrinæ, ana ℥iv.
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniaci,
Myrrhæ,
Olibani,
Maſtiches, ana ℥i. ʒiij.

Modus conficiendi hic ſit; Pici & Colo-
phoniæ ſimul liquatis adjiciatur cera, dei-
(vaſe ab igne ſemoto) Terebinthina; po-
ſtea Gummi in Aceto diſſoluta: ultim-
Crocus pulveratus in Aceto probè hume-
ctatus, & ſic fiat Empl. ſ. a.

Emplaſtrum de Ranis.

℞. Ranas viventes No. vi.
Lumbricorum in vino lotorum ℥iii
Ol-

Olei Chamæmelini,
Anethini,
Spicæ,
Liliorum, ana ℥ij.
Crocini, ℥i.
Laurini, ℥iß.
[A]nguedinis Porci
Vituli, ana ℔i.
Viperæ ℥iiß.
Euphorbii ʒv.
Thuris ʒx.
Succi Raa. Enulæ,
Ebuli, ana ℥ii,
Schœnanthûs,
Stœchados,
Artemiſiæ, ℞ea mj.
Vini odoriferi ℔ij.

[E]lliant omnia ſimul ad conſumpt. Viui; [c]olaturæ adde Lithargyri Auri, ℔i, Te[re]biuthinæ ɔſaræ ℥iii. Ceræ albæ q. ſ. fiat [E]mpl. in fine, poſtquam ab igne remove[tu]r adde Styracls liquioæ ℥iß. ſpatula ju[gi]ter agitando; ultimò maſſo tepidæ ad[de] Argenti vivi Terebinthina, & Styrace [ex]tincti ℥iv. & incorporentur optimè.

Emplaſtrum Sicyonium.

℞. Radic. Cucumeris Aſinini ℥iii.
Sulphuris vivi,
Sem. Cymiui. ana ℥ii.
Euphorbii, ℥iß,

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus qui incorporetur cum Picis Burgund. ℥xxviij ſuper igne lento, ſpatha jugiter agitando; ſub finem adde unguenti de Artanita ℥iii F. Empl. ut aris eſt.

Sparadrap, ſeu Tela Galteri.

℞. Olei Roſacei, ℔ß.
Sevi arietini ℥iv.
Ceræ ℥x.
Lithargyri,
Reſinæ Pini.
Thuris,
Maſtiches, ana ℥ii.
Boli Armenæ,
Farinæ Volatilis, ana ℥j.

Coquantur ſimul Oleum, Sevum & Lithargyrus donec incorporata fuerint, deinde ex arte fiat Emplaſtrum, in quod adhuc liquatum & calidum tela parum attrita immergatur

Emplaſtrum ςεφανιαῖον.

℞. Labdani ℥ß.
Styracis colatæ,

Gum.

Gum. Juniperi, ana ʒii.
Succini,
Terebinth. Cypriæ ana ʒj.
Corallii rubri,
Maſtiches ana ʒß.
Florum Salviæ,
Roſarum rub.
Rad. Iridis Florent. ana ℈j.
Reſinæ ex aq. Roſacea lotæ ℥ß.

Reſina, Labdanum, Gum. Juniperi, & Terebinthina in mortario calido leviter contundantur ſ. a. cum piſtillo calidò (vini rubri guttas aliquot aſpergendo) donec invicem coiviſſe videantur: Tum demum pulveres viciſſim immittantur, ut diligenti agitatione continuò factâ, ex omnibus exactè miſtis fiat Emplaſtrum.

Emplaſtrum Stitticum.

Rec. Olei Oliv. ℥vi.
Ceræ flavæ, ℥iß.
Lithargyri triti, ℥ivß.
Ammoniaci,
Bdellii, ana ℥ß.
Galbani,
Opopanacis,
Olei Laurini,
Lap. Calaminaris,

Ariſtolochiæ utriusque,
Myrrhæ,
Thuris, ana ℨij.
Terebinthinæ puræ, ℥j.

Oleum Cera, & Lithargyrus ſimul coquantur, dum digitis non adhæreant; deinde maſſæ ab igne remotæ, parumque refrigeratæ addantur Gummi in Aceto vini albi diſſoluta, quod recoquendo evaporet, & coletur ſtrenuè, ultimò pulveres, Terebinthina & Oleum Laurinum, ut F. Emplaſt. ſecundum artem.

Emplaſtrum Stomachicum Magiſtrale.

℞. Menthæ,
Abſinthii,
Stœchados,
Fol. Lauri, ana ℨj.
Majoranæ,
Roſarum rub.
Santali Citrini, ana ℨij.
Calami aromatici,
Ligni Aloës,
Flor. Lavendulæ,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Galangæ,
Piperis longi,

Macis,

Macis, ana ʒj.
Maſtiches, ʒiij.
Caryophyllorum, ʒiiß.
Olei Menthæ ℥iß.
Nardini. ℥j.
Spicæ, ʒj.
Reſinæ,
Ceræ, ana ℥iv.
Labdani, ℥iij,
Styracis Colatæ, ℥ß.
F. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Tonſoris.

℞. Picis ſiccæ, ℔ij.
Ceræ, ℔j.
Reſinæ Pini, ℔ß.
Farinæ Fœnigræci,
Pollinis Radicis Chamæleotis, vel Bryoniæ, ana ℥iv.
Sem. Cymini tenuiſſimè triti, ℥ij.
F. Empl. ſ. a.

OLEA CHYMICA, aliique LIQUORES CHYMICI.

Olea ex Herbis & Floribus.

Oleum Abſinthii.

℞. Abſinthii ſicci ℔j. aquæ fontanæ ℔xx. Macerentur per horas xxiv. & fiat diſtillatio per Alembicum magnum, cum ſuo Refrigeratorio: vel per Veſicam cupream cum ſuo operculo & roſtro oblongo in ſpiras convoluto, per Aquam frigidam tranſeunte. Oleum cum Aqua extractum ſeparetur per infundibulum, vel vitrum ſeparatorium dictum. Aqua ab Oleo ſeparata ſervetur ad novam diſtillationem.

Quod ſi, in hac liquoris quantitate diſtillandâ duæ treſve libræ Aquæ in prima diſtillatione primò prodeuntis ſerventur ad uſum Medicum, non abs re erit, cum in hujus, tum in cæterorum Oleorum Chymicorum, quæ cum Aqua extrahantur, diſtillatione.

Eodem modo parantur

Ol. Herb. Hyſſopi,
Majoranæ,
Menthæ,
Naſturtii hortenſis,
Origani,
Pulegii,
Roriſmarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,

Satu-

Satureiæ,
Thymi, &c.
Flor. Chamæmeli,
Lavendulæ, &c.

Eodem modo parantur etiam
Olea ex Corticibus ſiccis.
Aurantiorum,
Citri,
Limonum,

Sed & ex prædictis corticibus recentibus & ſucculentis, ab albâ parte interiori ſeparatis, contuſis, & cum aquæ ſimplicis quantitate ſufficienti diſtillatis, promptiùs & majori copiâ atque ad uſum Medicum non minùs commoda Olea diſtillari poſſunt.

Oleum ſeu Pinguedo Roſarum, vulgò Spiritus Roſarum.

℞. Roſarum pallidarum ſeu Damaſcenarum recentium q. v. infundantur per horas xxiv. in aquæ tepidæ q. ſ. Poſt colaturam cum expreſſione repetatur aliquot vicibus infuſio cum novis roſis & expreſſio: donec liquor impensè ſatur & imprægnatus evaſerit, qui diſtilletur per Alembicum cum Refrigeratorio, vel per Veſicam, ut ſuprà. Spiritu A-

quæ innatante ſeparato, adhibeatu Aqua ad novam infuſionem.

Ejusmodi Spiritus parari poteſt ex Roſi pallidis cum ſale conditis & repoſitis quæ cum aquæ ſimplicis vel aquæ Roſarum ſ. q. diſtillandæ ſ. a.

Eisdem modis cum Roſis rubris parar. poteſt *Oleum* ſeu *Spiritus Roſarum rubrarum.*

Olea ex Seminibus.

Oleum ex Seminibus Anethi.

℞. Sem. Anethi contuſorum ℔ij. Aquæ fontanæ ℔xx. Macerentur per viginti quatuor horas, deinde diſtillentur per Veſicam, ſeu per Alembicum cum ſuo Refrigeratorio. Oleo cum Aqua extracto per infundibulum ſeparato, Aquam adhibe ad novam diſtillationem.

Eodem modo parantur

Ol. ex Sem. Aniſi,
Carui,
Cymini,
Dauci,
Fœniculi,
Petroſelini,
Saxifragiæ, &c.

Eodem modo parantur etiam

Olea ex Aromatibus, ut ex

Cinna-

Cinnamomo,
Caryophyllis,
Macere,
Nuce Moſchata,
Pipere, &c. nec non

Olea ex Lignis Aromaticis, ut ex
Lign. Saſſafras,
Rhodro, &c.

Olea ex Baccis.

Oleum ex Baccis Juniperi.

ec. Baccarum Juniperi recentium ℔. L. contundantur & ponantur in vas ligneum, cum Aquæ f. ℔xxiv. & fermenti acrioris ℔i. Reponantur in Cellâ (vaſe benè obturato) per tres menſes; deinde diſtillentur per Alembicum vel Veſicam cum Aquæ ſimplicis convenienti quantitate. Poſt ſeparationem Olei, ſervetur Aqua ad novam diſtillationem.

odem modo fit
Ol. ex baccis Lauri.
Hederæ, &c.

el extrahi poſſunt Olea ex prædictis Baccis contuſis in Aqua tepida (ſumendo ad ſingulas baccarum libras, Aquæ ℔vi. vel, ſi ſicciores fuerint baccæ, Aquæ ℔x.) per horas xxiv. maceratis, & per

& per Veſicam, ſeu Alembicum diſtil latis.

Oleum Terebinthinæ.

℞. Terebinthinæ Venetæ q.v. Aquæ communis quadruplum; indantur Alembico ſeu Viſicæ cupreæ cum ſuo Refrigeratorio, ſubdito igne convenienti; ſic exſtillabit Oleum tenue & album inſtar Aquæ: & reſtabit in fundo vaſis Colophonia. Oleum iſtud album commodè & ſecuriùs ab empyreumate extrahi poteſt in B. M. cum Cucurbita & Capitello vitreis.

Oleum Myrrhæ.

Rec. Myrrhæ contuſæ, ſalis nigri, ana ℔vj. diſſolvantur in Aquæ fontanæ ℔LX. & diſtillentur per Alembicum, ſeu per Veſicam, ſ. a.

Oleum Guajaci.

℞. Ligni Guajaci in craſſum pulverem redacti q. v. imponatur in Retortam, & diſtilletur in Arena. Oleum quod priùs exſtillat, ut pote tenuius & ſuavius, ſeorſim ſervandum; quod cum multa Aqua ſ. rectificando adhuc magis gratum reddi debet: ſeparatâ prius *Aqua* ſeu *Spiritu Guajaci Acido*, inter diſtillandum

landum primùm exeunte: qui etiam (à phlegmate lentiſſimo balnei calore rectifictus) ſervandus ad uſum.

adē omnia obſervanda in diſtillatione.

Olei è Buxo.

Quercu.

aliis Lignis ſolidioribus: nec non in diſtillando

Oleo Tartari, cum

Spiritu Acido, ejusdem,

uorum utrumque magis purum & gratum ex *Cryſtallis Tartari* eodam modo diſtillatis habetur.

Oleum Ceræ.

Ceræ flavæ liquatæ ℔j. admiſceantur pulveris tegularum ℔iij. indantur in Retortam: & extrahatur Oleum in arena: quod cum aqua copioſa rectificetur.

Eodem modo diſtillantur *Olea ex Pinguedinibus*: necnon ex *Gummi* & *Reſinis*, quæ in pulveres redigi non poſſunt, ejusmodi ſunt

Ammoniacum,
Caranna,
Opopanax,
Sagapenum,
Styrax liquida,
Tacamahaca, &c.

Oleum

Oleum Lateritium Philoſophorum.

Laterum confractorum fruſta ovi gallinacei magnitudinem non excedentia, in prunis ignita tota excandeſcant; exempta exſtinguantur Oleo claro veteri (in quo relinquantur, donec planè refrixerint:) inde exempta terantur tenuiſſimè. Pulvis in vitream injiciatur Retortam fornaci rite adaptandam (Recipiente conveniente debitè applicato) & adhibito aperto igne per gradus diſtilletur. Oleum inde elicitum in Phiala diligentur obturata recondatur.

Oleum Succini.

℞. Succini flavi p. j. pulveris ſilicum calcinatorum, vel farinæ tegularum p. ij. miſceantur, ingerantur in Retortam, & deſtillentur in Arena. Oleum magis album & clarum, quod priùs exſtillat, ſeorſim ſeruetur: continuata interim diſtillatione, quamdiu quicquam Olei ſtillaverit. Poſtea utrumque Oleum ſeorſim cum Aqua copioſa rectificetur.

Sal Succini, quod collo retortæ interiùs adhæreſcit, collectus: necnon Salutione, filtratione & Coagulatione ſ. a. repurgatus, ſervetur ad uſum. Eo-

eodem modo diſtillatur *Oleum ex Gagate*: atque ex *Gummi* & *Reſinis*, quæ in pulverem reduci poſſunt,

Benzoino,
Maſtiche,
Thure, &c.

Oleum ſeu Butyrum Antimonii.

℞. Antimonii crudi, Mercurii ſublimati, ana ℔i. fiat pulvis indendus Retortæ vitreæ, cujus collum ſit amplum: detur ignis per gradus in Reverberatorio clauſo: vel fiat diſtillatio in Arena. Stillabit in vas recipiens Pinguedo: cujus pars collo retortæ adhærens, ſuppoſito levi igne, liquetur. Iſta pinguedo rectificetur in Retortula: & vel ſervari poteſt hoc Coagulum: vel apertâ phialâ in Cella ſive loco humido relictum in Oleum ſeu liquorem ſolvi: qui poſtea diligenter aſſervandus vaſe probè obturato.

Oleum Arſenici.

Cryſtallinum Arſenicum (priùs ſublimatum cum ſolo Colcothare) commiſce cum æquali pondere ſalis Tartari & ſalis petræ: & inter urceolos duos (quorum ſuperior ſit perforatus) calcinentur,

tur, donec nullus fumus aſſcenderit. Materiam ſic calcinatam in Aqua calida ſolves, ut inde ſalem extrahere poſſis. Pulverem, qui ſubſiderit, imbibe liquore tartari, & exſicca ad ignem, idque ter facias. Rurſus materiam in calida diſſolve, ut ſalem eximas; & remanebit pulvis candidiſſimus, & fixus, qui in loco humido ſolvetur in materiam liquidam, Olei ſeu Butyri inſtar.

Oleum Salis.

℞. Salis nigri Gallici, vel Hiſpanici q. v. ſolvatur in Aqua ſimplici & filtretur: huic Muriæ admiſce in vaſe cupreo farinæ tegularum ſive laterum duplum vel triplum ad pondus ſalis ante ſolutionem, & ſuper accenſas prunas exhalet Aqua (continenter agitando) ad omnimodam ſiccitatem. Tum indatur pulvis retortæ vitreæ luto probè munitæ, in fornacem imponendæ (Recipiente capaci ſ. a. aptato) ubi ſuppoſitô, & per gradus ad ſummum usque aucto igne aperto per duodecim horarum ſpacium habebis Oleum ſeu Spiritum ſalis acidum in recipiente. Iſte liquor

liquor retortulæ inditus in arena ſeparato phlegmate rectificetur ſ. a. & poſtea in vaſe optimè clauſo, nè vim aëris ſentiat, ſervetur ad uſum.

Oleum Sulphuris.

[P]aratur per copioſi Sulphuris ſub Campana vitrea capaci accenſionem, & abſumptionem: unde ſpiritus acidi ex accenſo ſulphure evolantes, & ad Campanæ latera impingentes in liquorem abeunt, ac defluunt in modum Aquæ ſeu Olei. Artificia ad commoda Sulphuris & Campanæ diſpoſitionem, & alia ad hujus operationis commoditatem ſpectantia, Artificis ingenio relinquimus.

Oleum Vitrioli.

℞. Vitrioli Ungarici vel etiam Anglici optimi q. v. Liquetur in vaſe fictili vitreato; ſubtus accenſis prunis exhalet omnis humiditas continuò agitando, & ſic tandem reducatur in pulverem flavum; qui ponatur in retortas fictiles ignis patientis in formacem apertam collacandas. Detur ignis per gradus ad ſummum usque per triduum, donec Recipien-

Recipientia, tumultuantibus fumis an tea obſcura, clara evaſerint. Liquo ſtillatitius Retortulæ indatur, ut in are na, phlegmate ſeparato, rectificari ſ. a & ſeorſim per ſe ſervari poſſit validiſſi mum & valdè ponderoſum Oleum.

Aqua Fortis.

℞. Vitrioli, ut pro Oleo Vitrioli, præpara ti ℔ij. Salis petræ repurgati ℔j. Ter ſimul & in Retortam optimo luto loricatam impone, & colloca in Fornacem ibique appoſito Recipiente amplo ſup poſitoque igne aperto, diſtilla per gradus ſpacio viginti quatuor horarum. Aqua exempta in Retortulam infuſa rectificetur in arena.

Aqua Mellis.

℞. Mellis puriſſimi ℔iv. Arenæ ſicciſſimæ ℔ij. Ponantur in Cucurbitam tam capacem, ut materia quintam duntaxat vaſis partem occupet: atque in Balneo Phlegma in Cineribus, paulò intenſiori gradu ignis, Aqua acida flava proliciatur.

Liquor ſeu Liquamen Tartari, ſeu Oleum Tartari per Deliquium.

℞. Tartari vini albi ad albedinem calci-

nati

nati ſ. a. q. v. Ponatur in Manicam Hippocratis, quæ ſuſpendatur in Cella humidiori, ut ſolvatur Tartarum, ſuppoſito Recipiente convenienti. Reſiduum, quod manicæ poſt ſolutionem adhæſerit, diſſolvatur in Aqua communi, deinde filtretur, poſteaque evaporetur, quoad incipiat aſſimilari Alumini: quod aëri humido expoſitum, in ejusdem generis Oleum, cum priori, per deliquium diſſolvi poteſt.

Huic affine, ratione præparationis (licet Medicamentum Chymicum non ſit) eſt

Oleum Myrrhæ per Deliquium, quod ſic paratur.

Aliquot Ovis Gallinaceis ad duritiem coctis & per mediam longitudinem inciſis vitelli eximantur: tum albuminum cavitates Myrrhâ tritâ ad medietatem impleantur, & denuo conjungantur eorundem partes, filoque leviter conſtringantur, craticulæ inter duas paropſides collocatæ ſuperponantur, & in loco ſubterraneo humido reponantur: ſic Myrrhæ liquatus humor in paropſidem inferiorem diſtillabit.

ME-

MEDICAMENTA
CHYMICE PRÆPARATA,
quæ frequentiori ſunt in uſu.

Antimonium cum nitro Calcinatum

℞. Antimonii optimi, p. j. Nitri puriſſimi, p. ij. teratur Antimonium, mox addito Nitru, ſimul redigantur in pulverem, qui in Crucibulo comburatur; quod commodiſſimè fit, ſi prædictus pulvis ſenſim, ſeu per vices cum cochleari vel ejusmodi inſtrumento commodo in Crucibulum candens injiciatur. Exempta materia iterum teratur: cum eâdem Nitri quantitate, quâ priûs, miſceatur, & crucibulo ſuper accenſas prunas collocando indatur: cui, quamprimum calefit, injiciatur pruna viva & accendatur; interim ſtylo ferreo agitando, ut ex æquo undiquaque conflagrare poſſit: recentes prunas injiciendo, quamdiu accenſionem novam conceperit. Iterum exemptâ & tritâ materiâ & eadem Nitri quantitate tertiò admiſta: eodem modo, quo ſecunda

ſecunda vice, peragatur combuſtio. Tandem exempta & in pulverem redacta materia,& Aqua diſtillata vel alia pura abluta ſervetur ad uſum.

Chalybs Præparatus.

℞. Limaturæ Chalybis per Magnetem à ſordibus repurgatæ q. v. humectetur duodecies Aceto vini albi acerrimo: & ſiccetur ad Solem, vel in aëre ſicco ac tepido: tum teratur in mortario ferreo: tandem in Porphyrite vel lapide duriori, affuſa pauca Aqua Cinnamomi, lævigando, reducatur in pulverem impalpabilem, & ſervetur ad uſum.

Cryſtalli Tartari.

℞. Tartari vini albi, aut Rhenani q. v. redigatur in pulverem craſſiuſculum, qui abluatur aliquoties in Aqua limpida frigida, ad eluendas ſordes. Poſtea coquatur in Aquæ fortanæ q. ſ. & poſt ſpumæ detractionem, liquor adhuc fervens agatur per chartam emporeticam in vas vitreum calefactum, ne frangantur: tum ſinantur omnia lente refrigeſcere, & collocentur in cella ſubterranea, vel loco frigido convenienti, ut

Cryſtallii ad vaſis latera concreſcant: quæ exemptæ, Aqua puriſſima ablutæ, ſuper chartam bibulam extenſæ & exſiccatæ ſerventur ad uſum.

Crocus Martis.

Laminæ Ferri, vel Chalybis candentes aut ſcintillantes condantur Magdaleone vel fruſto magno Sulphuris, ſubjecta pelvi Aqua plena, ut Metallum fluat inſtar ceræ; quod à Sulphure ſeparatum, teratur in mortario ferreo in pulverem ſubtiliſſimum: Exdentatur pulvis in quadratis conchis fictilibus, quæ transverſum digitum altitudine non ſuperent: ponantur ad flammam Reverberii, quæ valido flamine materiam lambat per tres vel quatuor dies; quod commodiſſimè fiet in fornace vitrariorum: materia inſtar ſpongiæ elevabitur rubicundiſſima, cujus ſuperficies inſtrumento ferreo lato colligatur: reliquum (ut ſupra) ignis flam̃a urgeatur, donec totum metallum abierit in pollinem tenuiſſimum inſtar farinæ volatilis. Poterit etiam parari in igne Reverberii ſive Sulphure.

Crocus Metallorum.

℞. An-

℞. Antimonii per longas venas ſcintillantis, ſalis petræ puriſſimi ana partes æqvales; reducantur in pulverem ſeorſim, mox commiſceantur: tum injiciatur hæc mixtura ſenſim in Crucibulum candens, cum ccohleari vel alio quovis inſtrumento comodo; & cum univerſa jam deflagaverit, ac ſtridor ceſſaverit, amoveatur ab igne, ut qvamprimum refrigeſcat: tandem, confracto vaſe, materia metallica fuſcè rubens ſeparetur a cruſta albicante, & ſervetur ad uſum.

Flores Sulphuris.

℞. Sulphuris flavi, quod in manibus fortiùs conſtrlctum auribus admotis crepitet, q. v. teratur cum partibus æq. Colcotharis Vitrioli ex Olei deſtillatione reſidui: ponantur in bocciam oblongam, ſeu veſicam fictilem ſuperpoſito capitello vitreo ſatis amplo; atque in arena, dato igne per gradus, pellantur flores in capitellum, pedo leporino deturbandi.

[Su]btiliores evadent, ſi denuo cum eadem colcotharis novi qvantitate ſublimentur.

Lapis Infernalis

Lixivium, ex quo ſapo niger conficitur, ſartagine exceptum in lapidem coquatur; cavendo tamen, ne omnis humor abſumatur & areſcat. Cùm refrixerit, in formam teſſerarum ſcindatur; & in vitro rectè obturato ſervetur.

Aliter,

Rec. Vitrioli ad rubedinem calcinati ℥ij,
Salis Ammoniaci ℥j.
Tartari ad albedinem calcinati.
Calcis vivæ, ana ℥iij.

Tritis affundatu Lixivium Ficulneum, Tithymallinum, vel Saponis, ſæpiusque tranſcoletur, donec materia ferè tota diſſolvatur. Colatura coqvatur in vaſe æneo ad humiditatis adſumptionem: quod relinqvitur, in vitro probè obturato ſervetur ad uſum.

Lapis ſeu Sal Prunellæ.

℞. Salis petræ puriſſimi, & in ſtirias Cryſtallinas concreti libram unam. Crucibulo indatur, undique admotis & ſuppoſitis prunis, ut fluat Nitrum inſtar Metalli. Huic fuſo paulatim & per vices injiciantur unciæ duæ florum Sulphuris: poſt abſumtionem ejuſdem Sulphuris

phuris Nitrum inſtar aquæ fluidum effundatur in pelvim æneam, & poſtqvam refrixerit, ſervetur ad uſum in vaſe vitreo probè clauſo.

Magiſterium Perlarum & Coralliorum.

℞. Perlarum, vel Coralliorum q. v. terantur & lævigentur in pulverem ſubtiliſſimum: pulveri affundatur ea qvantitas ſpiritus Aceti radicati, quæ ſupernatet digitis tribus vel qvatuor: fiat digeſtio in Cineribus ad ſolutionem: ceſſante ebullitione decantetur liqvor à pulvere: & novus affundatnr ad omnis materiæ reſiduæ ſolutionem. Liqvor trajiciatur per chartam emporeticam: cui colato affundatur paulatim Oleum Tartari per deliqvium. Præcipitabitur pulvis albus, per inclinationē à diſſolvente ſeparandus & ad inſipiditatem aqvâ fontanâ primùm, deinde aq. Meliſſæ vel Borraginis abluendus.

Acetum radicatum fit, ſi Aceti ſpiritus ex ſale marino decrepitato elevetur in arena.

Mercurius ſublimatus corroſivus.

℞. Vitrioli, ſolutione, filtratione, & coagula-

gulatione depurati, ac tandem ad flavedinem calcinati, ℔ſ.

Salis nigri eodem modo depurati, & exſiccati:

Nitri ſimiliter purificati, ana ℔ß.

